CHALDAICA GRAMMATICA, ANTEHAC À NEMINE ATTENTATA, SED IAM PRIMUM PER...

Sebastian Münster

Digitized by Google

by Google

6.1.D.86

דקדוק דלי־
שן ארמי או חכסראה :

CHALDAICA

GRAMMATICA, ANTEHAC À NEMINE AT/
tentata,ſed iam primũ per Sebaſtianum Mun/
ſterum cõſcripta & ædita,nõ tam ad Chal
daicos interpretes quàm Hebræorũ
cõmentarios intelligendos,He/
braicæ linguæ ſtudioſis
utiliſſima.

Item in פירושים hoc eſt, commentaria Hebræorum.
Regulæ aliquot generales:
Modi loquendi Hebraici plurimi:
Abbreuiaturæ Hebraicæ generales,nec non pluri/
mæ ſpeciales, & latine & Hebraice explicatæ:
Per eundem Sebaſtianum Munſterum.

BASILEAE APVD IO. FROB.
ANNO M. D. XXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GENEROSO DOMINO EBERHARDO Schenck iuniori, ſenioris Eberhardi domini in Erpach, quod eſt in Ottonica ſylua, filio, Sebaſtianus Munſterus S. D.

RETulit mihi nuper, clariſſime Baro, Iohannes Marquardi, uir ille iuxta doctus ac pius, atq; non tam tibi nobiliſſimisq; parentibus tuis acceptiſſimus quàm mihi amiciſſimus, quod לוח illam, in quam ſuperiori anno cōtractiſſime quo ad fieri potuit, Hebraicā redegi Grammaticam, exporrecta hilariq; ſuſceperis fronte, miratus nimirū eam linguā, quæ paulo ante cum tanta difficultate diſcenda tradebatur, iam nunc demū in tantam reductā facilitatem, ut ſubinde pueris in ſcholis prælegi poſſit. Pro qua re nō uulgarem gratiam debemus Eliæ Leuitæ, ad huc quidem Iudæo, qui omnium priſcorum Hebræorum המדקדקים diligens ſcrutator, & in ſua lingua magnus orator, nobis Hebraiſmi ueram & genuinā ſuppeditauit noticiam, idq; in libro electo, libro compoſitionis, libro Pirke, quos omnes ego Latinos feci, atq; in orbē ſpargendos, Frobeniano tradidi prelo. Nā expers eſt Latini ſermonis Elias ipſe, nēpe in Germania natus et educatus, ubi Iudæi Latine nō diſcūt ut in Italia. Hebraicæ itaq; linguæ mediocrē aſſecutus peritiā, tam felici ſcilicet uſus præceptore, mox animū cœpi ad

Chaldaiſmi appellere ſtudium. Nec id quæſo aut uanitati aut curioſitati inconſultæ adſcribendum putes, aeneroſe adoleſcens, tam & ſi nouerim hanc in te eſſe gnimi modeſtiam, ut iudiciū tam ſiniſtrum de te nec ſuſpicari poſſim aut debeam, ſciens quàm alienus ab illorum hominum ſis moribus, qui mox ut noui quippiam in mundum æditum conſpexerint, autorem eius aut arrogantiæ aut curioſitatis ſpiritu ductum inſimulant: deteriores Momo ipſo, qui non niſi opere perſpecto artificem negligentiæ inculpauit. Chaldaicæ autem linguæ ſtudium ob hanc potiſſimum ſuſcepi cauſam, quod uiderē nō ſolum Danielē & Ezram ex magna parte Chaldaice ſcriptos, uerum & omnes Hebræorum Biblicas interpretationes, uel omnino eſſe Chaldaicas, ut ſunt Thargumin Onkeli, Ionathan, Vzielis & reliquorum, uel multum habere de Chaldaiſmo, ut ſunt Rabbinorum peruſchim ſeu commentarij: & in ſumma, quicquid ab Hebræis iam longo tempore ſcriptum eſt, æque reſipit Chaldaiſmū atq; Hebraiſmū: id quod cuiq; perſpicuū eſſe poterit, qui uel mediocrē noticiam Hebraicæ Bibliæ aſſecutus ſit, & in autorem aliquem Hebræum inciderit. Teſtabitur id quoq; Kalendarium Hebraicum à me iam æditum, & breui orbi ſuppeditandum. Imputandum autem id cenſco Iudæorum ſomnolentiæ, aut ſi mauis craſſæ ignorantiæ quod ſacram illam & diuinam linguam tanta onerāt

barbarie

barbarie & contaminant immundicie, quam ſancti prophetæ, Bibliorum ſcriptores, tam puram nobis & uere Hebraicã tradiderũt, ut eos nõ niſi duobus locis inuenias Chaldaiſmũ in Hebraiſmum inuexiſſe, quorum unus eſt Moſes: Gen̄. 31. alter Ieremias: 10. eiuſdẽ. Ferendum utcunq; fuiſſet, ſi Chaldaicis uocabulis Hebraice uterentur: nunc autem quum & Hebraicis uocibus Chaldaice abutantur, negocium planè nobis faciunt, ut cogamur uelimus nolimus & nos Chaldaice diſcere, ſi modo in commentarijs eorum nolumus cæcutire, & ſiniſtri inueniri interpretes. Nec immenſi id erit laboris, ſi poſt ſacram linguam ingenij uires in Chaldaiſmi quoq; tendas ſtudium, quod magnam inter ſeſe cognationem hæ duæ habeãt linguæ, quemadmodum in principio huius libri clarius oſtendam.

Audiui nuper à docto quodam Iudæo, Thargum, (ſic enim abuſiuo uocabulo uocant Chaldaicam linguam) eſſe Babyloniorum uernaculam linguã, & maiores ſuos, quum in regnum illud à Nebuchadnæzar tranſlati eſſent, ea lingua uſos, tandemq; in fauorem uulgaris populi legem atq; prophetas Chaldaice uerſos, quippe qui iam Hebraicè loqui & intelligere ob captiuitatis diuturnitatem neſciebãt. Quod iudicium quum ego iamdudum habuiſſem, atque in libris meis expreſſiſſem, cogẽtibus ſcilicet me ad id peregrinis uocabulis, quæ paſſim in Euangelijs inueniuntur: dixi Iu

dæo illi. Hinc ergo facile arbitror accidiſſe, qđ ſcripto/
res ueſtri tam crebro ſolent Chaldaiſmum immiſcere
Hebraiſmo, nō ſecus quàm hodie, cum uocē aliquam
Hebraice neſciunt interpretari, recurrunt ad uulgarem
linguā, ſiue ea ſit Hiſpanica ſiue Germanica, &c. Sed
ad rem ipſam nunc ueniam. Quū itaq; humaniſſime
Eberharde, dicto modo mētis aciem ad Chaldaiſmū
appuliſſem, & ſtudium illud temporis ſucceſſu magis
magisq; arriſiſſet, cæpi linguæ illius obſeruare proprie
tates, modos, tempora, perſonas, genera, numerū, affi/
xa, et alia id genus, quæ Grāmaticæ ſunt obſeruatiōis,
cogitās pulcherrimū eſſe, ſi & lingua hæc latinis auri/
bus p certas regulas tradi poſſet, maxime cū ipſa poſt
tres illas præſtantiſſimas linguas, Latinā, Græcam &
Hebraicā ſemper celebratiſſima fuerit, & hodie ſit in
orbe: & in hūc modū corraſi undiq; & collegi immen
ſam uerborū nominumq; cōgeriem, nec deſtiti donec
omīa ſacra biblia, in Chaldaiſmū uerſa, diligentiſſima
lectione & obſeruatione perluſtraſſem. Quo factū eſt
ut priuſquā farraginē illam in ordinē digererē diſtin/
guerem q; ſuo quæq; ordine, iam bonā partē Chald.
Grāmaticæ aſſecutus eſſem, ut ſcilicet citra difficultatē
iam liceret uerborū cognoſcere ordines, cōiugationes,
perſonas, tempora, itēq; pronomina quæ uel nomini/
bus uel uerbis adhærēt, & id genus alia: tam & ſi ſub/
ſequens collatio eā noticiā iam cōduplicarit. Fateor ſa/
nè,

nè,imò experientia docuit,modũ hunc inueſtigandæ Grãmaticæ admodũ laborioſum fuiſſe,ſed uia alia negocium iſtud adiri nõ potuit, quippe ubi nec idoneus præceptor,nec ullæ grãmaticæ ſuppetebant præceptiones.Queritˀ Capnió de immodico ſudore ob Hebraiſmum,quẽ primus inter Latinos plantauit, cum tamẽ interim uſus ſit non tam mutis quàm etiã uiuis præceptoribus:nam ex Rabbi Moſche et Dauid Kimhi ſua maxima ex parte deſumpſit,ut taceam de cõductis eruditis Iudæis. Quanto quæſo iuſtius ego,deſtitutus his omnibus adminiculis, queri poſſem de laboribus meis,qui primus inter mortales, qđ ſciã, pergo Chal. linguæ iacere fundamẽta.Spero ob eã rem in poſterũ quando hæc lingua uberiora inter Latinos recepit incremẽta,propitios mihi contingere cenſores, ſi quãdo in hac mea lucubratione hallucinatus ſum,& plus minuſue nõnunquam ſcripſi quàm iuſtum ſit, ut facile in linguarum initialibus ſtudijs fieri ſolet. Quia autem id laboris potiſſimum ſuſcepi iuuandi gratia lectorẽ, cui ſtudio eſt Hebræorũ euoluere cõmentaria,operæpreciũ me facturũ exiſtimaui,ſi ꝑ uirili mea εἰσαγωγὴν aliquã pararem in eadẽ,ꝙ difficultatis nõnihil habeãt ꝑtim ob reſecta puncta uocalia,ꝑtim ꝙ pleraqꝫ uocabula, & nõnunquã integræ ſententiæ ſolis capitalibus ſcribi ſoleant literis, ut ſimplici lectori nõ raro integra ſit tranſiliẽda ſententia, niſi ſubſidio aliquo fulciatur.

Adiecimus igitur huic Grammaticæ Chaldaicæ & alium librum, commentarijs legendis & intelligendis conducibilem, quem peruſch peruſchim inſcripſimus. Vtrunque tibi clariſſime Eberharde dicamus, & hoc quale quale eſt, munus mittimus: quem iam à multis annis nouimus innata quadam animi propenſione, præter alia præclara ſtudia in quibus uerſaris, etiam linguis addictiſſimum, & potiſſimum ijs, quæ præterquàm ꝙ ſui ſtudioſos immortalitate quadam donāt, habent etiam pietatem coniunctā, quales ſunt noſtræ illæ: atq; adeo hæc illa gloria, hæc uera ornamēta, quibus genus tuum alioqui nobiliſſimū diuino quodam ſplēdore nunq̃ ſatis laudanda maieſtate, exornas illuſtrasq́; , iuxta illud Salomonicum תִּפְאֶרֶת אָב בֵּן חָכָם quod pleriq; procerum filij nō aduertentes in ignauia conſeneſcūt, ſat ducentes ab illuſtri ſe prognatos ſtemmate, quaſi uero non magis prædicandus ſit qui uirtutibus conſpicuus eſt ſcientijsq́; clarus, quàm qui auito ſanguine ſuſpiciendus: quaſiq́; parū referat utrum ſe quis de parta à maioribus gloria iactet, an potius conet' q̃ fieri poteſt ſtudioſiſſime paternū ſplendorē augere, ut hinc nō tam ſibi quàm poſteris omnibus immortalis gloria futura ſit. Proinde clariſſime Eberharde tuū eſt adniti, quo is quē ſperamus euadas: ſperamus aūt te plurimū lucis additurum maiorū tuorum ſplendori. Vale. Heydelbergæ tertio kal. Maij, ANNO M. D. XXVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
VITTORIO EMANUELE

INSTITVTIO GRAMMATICA IN Chaldaicam linguam,autore Sebaſtiano Munſtero : & primo de affinita- te linguæ Chald. & Hebraicæ.

TRadunt non modo literæ humanæ,uerum & diuinæ, Chaldæorũ regionem non longe poſt deſiccationem orbis ab aquis diluuij, in magnum & præcipuum Aſiæ excreuiſſe regnũ. Nam ſcribitur Geneſis 11. quod filij Adam quũ adhuc eſſent labij unius, eorundemq; ſermonum, cœperint extruere ciuitatem & turrim magnam in ea, cuius culmen uſq; ad cœli altitudinem erigere moliebantur, quo ſcilicet deinceps aquarum facile declinare poſſent inundantiam. Quorum ſtultam præſumptionem deus non ferens, priuſquàm ædificium illud ingens ad umbilicum perduceretur,tantam inter eos fecit linguæ cõfuſionem, ut nullus ferè quid alius loqueretur intelligeret. Ob quem euentum & locus ille deinceps Babel ab omnibus uocatus eſt,quod tam Hebræis quàm Chaldæis confuſionem ſonat. Illis itaq; quibus natiua relicta erat lingua regionem illam & patriam retinentibus,cæteri in uniuerſum diſperſi ſunt mundũ. Huic ſcripturæ loco alludens Beroſus Babylonius antiquiſſimus hiſtoriographus, quippe qui ante monarchiam Alexandri ma-

Beroſus hiſtoriographus.

gni in Chaldæa floruit, in quarto libro ita loquitur: Quum poſt ſalutem humanã ab aquis, genus humanum in immenſum eſſet multiplicatum, & ad comparandas nouas ſedes neceſſitas compelleret, Ianus pater, qui & Noha, adhortatus eſt homines principes nouas quærere ſedes, & ædificare urbes. Quare Nimbrotus cum populo uenit in campũ Sennaar, ubi deſignauit urbem, et fundauit maximam turrim, anno ſalutis ab aquis 131. quam deduxit ad altitudinem & magnitudinem montium, in ſignum atq; monimentum quod primus in orbe terrarum eſt populus Babylonicus, & regnum regnorum dici debeat. Non tamen turrim ipſam compleuit, &c. Hæc Beroſus gentilis. Scribit etiam quod multi libri in Chaldaica lingua poſt diluuium ſcripti fuerint, de diſpoſitione mundi, de uarijs colonijs & urbibus quæ fuerunt ante catacliſmum. Hinc quoq; Plinius lib. 7. cap. 56. motus, arbitratur literas Aſſyrias & Babylonicas perpetuas fuiſſe. Nam regnum illud Babyloniũ non tam potentia quàm ſcientia & ſapientia, maxime mathematica, ſemper floruit, id quod & ex Daniele aduerti poteſt, licet longe poſt ipſe ſcripſerit. Iure igitur inter omnes mundi linguas, Chaldaica poſt linguam ſanctam ſibi primas uendicat. Nec paucos homines linguæ huius putes in patria ſede relictos, quum mox per ſuas generationes occupauerint, & repleuerint non modo Babyloniam, ſed

Noë Ianus uocatus.

& Meſopotamiam, Aſſyriam, Arabiam & reliqua circumiacentia loca, quorum omnium unam fuiſſe & hodie eſſe linguam, quæ & Chaldaica & Syriaca uocatur, certiſſime comprobat'. Tam & ſi temporis ſucceſſu (qđ omnibus quoq; conſtat eueniſſe linguis) ei multa aliena admixta ſint uocabula, præſertim Græca, ubi ſcilicet cum exteris nationibus Chaldæi ipſi cõſuetudinẽ habere cœperunt. Quis enim non uidet has dictiones Græcas eſſe, דורונא Munus, קיריס Dominus, אנגלי Angeli, שרכפא Sarcophagus, סמפניא Symphonia, פרקליטא Paracletus, תיקא Theca, & alias multas inuenies in Dictionario Chaldaico: & tamen ſunt Chaldæis & Rabbinis in commentarijs familiariſſimæ.

In Chaldaiſ. multa Græca uocabula.

Legimus præterea apud Danielem cap. 2. quod דברו הכשדים למלך ארמית Loquuti ſunt Chaldæi ad regem Syriace, utiq; patria lingua, quam tamen propheta & omnes Hebræi uocãt לשון ארמי id eſt linguam Syriacam. *Sic* 4. Regum 18. & Iſaiæ 36. ſcribitur quod Eliachim præpoſitus templi & Sobna ſcriba rogauerint Rabſaken & alios Aſſyriorũ duces, dicẽtes: Precamur ut loquaris nobis Syriace, ſiquidẽ intelligimus linguam hanc, & nõ Iudaice, audiente populo qui eſt ſuper murũ. Et certe ꝓbabile eſt ꝙ admonuerint hominem loqui patria ſua lingua, hoc eſt, Aſſyriaca, in quã relicto Hebraiſmo defecerat, quæ tamẽ hic Syriaca uocat', ꝙ oĩbus his nationibus, ut diximus cõmunis ſit.

Hinc diuus Hieronymus ait Tobiæ librum Chaldai-ce primum fuiſſe ſcriptum: & tamen cõſtat hiſtoriam illam apud Aſſyrios contigiſſe. Patet itaque linguam Aramicam ſiue Chaldaicam ſemper celebratiſſimam fuiſſe, & in multas orientis prouincias mox poſt linguarum confuſionem ſerpuiſſe, imò quæ & tandem poſt Iudaicæ captiuitatis relaxationem, qua in Babylonia ſeptuaginta annis detenti Iudæi fuerunt, in Iudæam ipſam uenit, non ſecus quàm ſi Iudæis noſtris Germanis facultas daretur adeundi & poſſidendi terram ſanctam, Germanorum utiq; linguam in ea facerent uernaculam, quum pauqſſimi eorum ſciant Hebraice loqui. Sparſus enim miſer ille Hebraicus populus inter Babylonios, & in ſeruos atq; ancillas diſtractus, cogebatur alienam diſcere linguam, & propriæ obliuiſci. De quo ſi placet, lege Ezræ librũ, & inuenies Iudæos adeò inter Chaldæos fuiſſe cõmixtos, ut multi cum eorum mulieribus cõnubia contraxiſſe referantur, & filios procreaſſe. Et certe non eſt conſentaneum mulieres illas Babylonias, Mœdas, & Perſas, atq; filios earum, Hebraicam didiciſſe linguã, quam et mariti earum in Babylonia geniti iam ignorabant. Et ſi dicas Danielem cum ſocijs ſuis traditum cuidam præpoſito diſcendi gratia Chaldaicam linguam & literas ut apud eundem cap. 1. legitur: non ergo ſuam in captiuitate Iudæi deſeruerũt linguam, quandoquidem ele-

Quomodo Chald. lingua in Iudæam uenerit.

 cti

cti illi iuuenes ſpeciali regis imperio inſtituti fuerint ad diſcendam illam linguam. Reſpondeo: Daniel & ſocij ſui cum Ioakim rege iam iuuenes de Hieruſalem in Babyloniam tranſlati, Chaldæorũ utiq; linguam ignorabant, nec breuis illa cum Chaldæis conſuetudo tam facile incognitam potuit eis conciliare linguam, quam tamen diuturnior conuictus omnibus intelligibilem reddidit, maxime pueris, qui non ſine miraculo, ut Quintilianus ait, multo citius & perfectius q̃ grandiores natu incognitam addiſcunt linguam. Hinc factum eſt, ut maioribus omnibus ferè in captiuitate defunctis, iuniores à Cyro licentiã aſſequuti, in Iudæam poſtliminio redeũtes, alienam linguam, nempe Chaldaicam importarent: id quod manifeſtiſſime indicant peregrina illa uocabula, quæ in nouo inueniuntur inſtrumento. Non eñ ſunt Hebræa ut indoctiores æſtimant, ſed ferè omnia Chaldaica ſiue Syriaca, quæ lingua Chriſti tẽpore Iudæis adhuc fuit uernacula, quandoquidem à captiuitatis relaxatione ad Chriſtum natum uix 515. anni interceſſerint. Porrò Chaldaica uocabula quæ habes in Euangelio, ſunt hæc:

Peregrina in Euangelio uocabula, Chal.

מַמוֹנָא Mammona, diuitiæ: Matth. 6.
בַּר יוֹנָא Bar iona, filius columbæ: Matth. 16.
גוֹלְגֹלְתָּא Golgoltha, cranium: Matth. 27.
שְׁבַקְתָּנִי Sabactani, reliquiſti me: Matth. 27.
בְּנֵיָא רְגֶשׁ Boanerges, filij tumultus: Mar. 3.

טַלְיְתָא קוּמִי Thalita kumi, puella ſurge: Mar. 5.
כֵּיפָא Cephas, petra: Iohan. 1.
חֲקַל רְמָא Hakal dema, ager ſanguinis: Act. 1.
טַבְיָא Tabitha, caprea: Act. 9.
מָרָנָא אֲתָא Maranatha, dn̄s noſter uenit: 1. Cor. ult.

Hæc inquam Chal. ſunt non Hebræa, quũ in Biblijs Hebraicis minime inueniantur, in Chal. autem nullibi non occurrant. Et ſunt eorũ qnædam in recentioribus codicibus multum deprauata, in Græcis autem exemplaribus & uetuſtis Latinis fermè om̄ia incorrupta inueni: ut ſunt Talitha, Sabactani, Golgoltha, Hakaldama, &c. Epheta & Gabatha tam Heb. quàm Chal. in in uſu ſunt, licet longe aliter Chaldæi quàm Hebræi ſcribant dictionem Epheta: de quo uide infra in imperatiuo kal uerborũ primi ordinis. Quod autẽ Paulus inducitur Act. 21. uulgaribus hominibus reſpondiſſe Hebraica lingua, neceſſe eſt ut intelligas Hebræorum lingua, non Hebraica, quippe quam docti tantum intelligebant & non uulgares: niſi malis Chal. linguam ſignificari per Hebraicam, ꝙ multum ei ſit confinis, ut paulo poſt ſcribemus. Sic enim & Iohan. 5. dicitur, ꝙ probatica illa piſcina Hebraice uocata fuerit בֵּית צַיְרָא Bethſaida, id eſt, domus piſcationis, & tamen צַיְרָא in hoc ſignificato eſt Chaldaicum, quũ Hebræi piſcationem uocent רְיָגָה Eſt & phraſis ipſa de Chaldæorum lingua, qui ſic piſcinam uocant domum piſcationis uel piſcium

piſcium,ſicut agrum appellant בֵּית זְרַע domum ſeminis: Num. 20. & templum בֵּית בַּמְיָא domum ararum: & ſtabulum בֵּית בְּעִיר domum iumenti: Num. 32. &c. de quo uide dictionarium noſtrum Chaldaicum. Iohannes igitur Græce ſcribens, uocauit natiuā linguam ſuam Hebraicam, licet magis Chaldaiſmum reſiperet quàm Hebraiſmū. Præterea lingua quæ noſtro æuo in Paleſtina Saracenis uernacula eſt, plurima adhuc habet Chal. ſermonis ueſtigia, id quod ex his didicimus, qui uiſendi gratia loca ſancta adierunt, & linguæ illius nonnulla obſeruauere uocabula. Lege ſi placet Bernhardi Breytenbachij itinerarium, qui oriētalium linguarum & literarum curioſus explorator circiter ducenta Saracenica uocabula in eodem poſuit itinerario, quæ ferè pro media parte ſunt Chaldaica. Ex quibus aliqua hic annotare libuit, & eregione eorum ponere Chaldaica ipſa & Hebraica, ut in Biblijs inueniuntur.

Lingua moderna terræ ſanctæ.

SAR.	CHAL.	HEB.	LAT.
Ras	רֵישׁ	רֹאשׁ	Caput.
Schar	סְעַר	שֵׂעָר	Crinis.
Fom	פּוּם	פִּי	Os oris.
Leſan	לִישָּׁן	לָשׁוֹן	Lingua.
Kres	כְּרֵס	בֶּטֶן	Venter.
Rucube	רְכוּב	בֶּרֶךְ	Genu.
Kaddis	קַדִּישׁ	קָדוֹשׁ	Sanctus.
Abijt	עֲבִיר	עֶבֶד	Seruus.

Moy

SAR.	CHAL.	HEB.	LAT.
Moy	מוֹי	מַיִם	Aqua.
Kolph	כַּלְבָא	כֶּלֶב	Canis.
Dubbe	רוּבָא	רוֹב	Vrſus.
Dijb	דֵּיבָא	זְאֵב	Lupus.
Caſ	כָּס	כּוֹס	Calix.
Talatin	תְּלָתִין	שְׁלשִׁים	Triginta.
Achlin	חַקַל	שָׂדֶה	Ager.
Ena	אֲנָא	אֲנִי	Ego.
Telate	תְּלָתָא	שְׁלשָׁה	Tres.

Hic tibi relinquo iudicium, ut expendas quæ uocabu-
la Saracenis magis ſint confinia, Chald. uel Hebraica.

DE AFFINITATE ET DIFFEREN tia linguarum Chald. & Heb.

HEbræam linguam omnibus priorem, ſanctiorem, et nobiliorem ſemper fuiſſe, nemi nem ignorare arbitror, qui uetus ſaltem legerit inſtrumentum. Interciderunt qui dem teſte diuo Hieronymo ante multos annos literæ eius linguæ, quibus Iudæi ante Babylonicam uſi ſunt captiuitatẽ, inuentæq́ʒ ſunt aliæ ab Ezra ſcriba & legis doctore poſt ſecundi templi inſtaurationem, quibus hodie utuntur Iudæi, inuariata tamen ſub utriſqʒ cha racteribus lingua ſacra, id quod indicant nomina A dam, Haua, Kain, Seth, Noàh, Iizhac, Iacob, & alia quamplu

Literæ Hebr. primæ interci derunt.

quamplurima, quorum interpretationem ſcriptura referens, linguã incõcuſſam manſiſſe manifeſte demonſtrat. Beroſus quoqꝫ uetuſtus ille hiſtoriographus idẽ confirmat dum aſſerit Noham terram uocaſſe Aretiam, & ignem Eſtam: ſiquidem אֶרֶץ eſt Hebræis terra, & אֵשׁ ignis. Cæterum quum poſt diluuium genus humanum in immenſum multiplicaretur, omnesq́ꝫ homines unius eſſent ſermonis, hoc eſt, omnes ea loquerentur lingua, quæ poſtea Hebraica & Iudaica cœpit uocari, concordiq́ꝫ animo turrim niterentur extruere, quæ cœli contingeret faſtigium, deum ſic ædificium illud impediuiſſe teſtatur ſcriptura, ut ablata natiua lingua, tot alias & tam diuerſas animis eorum inſpirauit ut nullus ferè quid alius loqueretur intelligeret. Dicit quidem ſcriptura deum cõfudiſſe & diuiſiſſe linguam eorum, hoc eſt, ex una multas feciſſe, & eandem in uarias diſſecuiſſe, ut intelligas in omnes mundi linguas, aliquas ſaltem uoces ex Hebræo fonte dimanaſſe.

Confuſiõ linguarum.

Sunt autem Syrorum, Aſſyriorum, Babyloniorum, Arabum, Mœdorum, Perſarum, & aliarũ multarum orientalium nationum linguæ, Hebreæ maxime confines: & rurſum Germanorum & aliorum occidentalium regionum linguæ maxime diuerſæ, tam & ſi non omnino Hebraicarum dictionum ſint expertes. Et ut in ſumma dicam, quanto in illa Babylonica confuſione gens quæqꝫ remotius in terram deturbata eſt, tan-

to minus cõuenit ei cum Hebraica lingua:& quo propius cõſedit,hoc magis in ſermone participauit. Hinc eſt quod Chaldæorum lingua præ cæteris omnibus Hebrææ affinior eſt:imò Philo Iudæus arbitratˀ Hebræorum linguam non differre à Chal. hac motus ratione, ꝙ Abraham fuerit ex Chaldæis, à quo Heb.lingua in omnes tranſmiſſa eſt poſteros. Quem diuus Hiero.Dan.1. redarguens ait: Quomodo igitˀ iubentˀ pueri Hebræi, Daniel ſcilicet & ſocij ſui, linguã doceri, quam iã nouerãt? Nouerat igitˀ,ut alij uerius ſentiũt, Abrahã duas linguas, Hebræorũ ſcilicet & Chal. Primam deus purã & inconfuſam in Abrahami familia reliquit. Et quũ ipſe Abraham imperio diuino de Vr Chaldæorũ,relicta omi cognatione ſua,in terrã Chanaan peregrinaturus ueniret, uſus eſt cũ ſuis ſacra lingua,cæteris propinquis & cognatis ſuis quos in Chaldæa reliqt,Babyloniorũ iam aſſuefactis linguæ,& tãdem inuolutis errore. Vnde Gen. 31. Laban Syrus de Abrahami cognatione, uocabat Chaldaice lapidẽ teſtimonij יְגַר שָׂהֲדוּתָא quem Iacob Abrahami nepos Hebraice גַּלְעֵד appellauit, utroq; cõpoſito uocabulo aceruum teſtimonij ſignificante.Nec antea uocata eſt lingua ſancta Hebraica,quàm Abrahã traieciſſet Euphraten fluuiũ,deriuato ſcilicet adiectiuo עִבְרִי à præpoſitione עֵבֶר trans,ut Ra.Sal.quoq; teſtatˀ Gen. 24. in hæc uerba: Abraham uocatˀ הָעִבְרִי Hebræus שבא מעבר

Hebraiſmus in Abrahami familia mãſit

Vnde uocabulum Hebræus.

מעבר הנהר ꝙ uenerit ultra fluuiũ, & non propterea ꝙ ab Heber deſcenderit, ut alij dicunt. De his duabus linguis Iacobus de Valentia utriuſq; ignarus, in prologo quẽ Pſalterio præmiſit, multa ſcribit iudicio & ordine præpoſtero. Nam dicit linguã ſanctã deriuari à Chaldaica, & ꝙ Chal. prima in mundo fuerit. Et rurſum neſciens quid dicat, ſcribit linguã Heb. naturalem non omnino extinctam, ſed apud filios Heber perſeueraſſe, atq; eam ipſam Chaldaicã fuiſſe. Addit autẽ hãc rationẽ: Abrahã, inquit, Chaldæus, tranſmiſſo flumine uenit in terrã Chanaan, loquens ibi cum familia ſua Chal. uerũ propter longã cum Chananæis cõſuetudinẽ, lingua illa Chal. ſeu Heb. multũ fuit obliquata degenerãs à ſua perfectione, & poſtea quãdo filij Iſrael inter Ægyptios fuerũt, lingua eorũ multo plus fuit corrupta. Deniq; Hiero. cum iam in terra ſancta noticiã aſſecutus eſſet Syriacæ linguæ, facile diſcere potuit Heb. & Chal. linguas. Hæc ille. Vides nimirũ lector in quot errores labat̃ cæca præſumptio. Horũ omniũ ſupra oſtendimus contrarium. Nam quũ pueri Hebræi triennio didicerint linguam Chal. & diuus Hiero. ubi ſibi uidebat̃ ſciolus inter Hebræos, cœperit rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus, quo pacto Chal. lingua erit eadem cum Heb. & non potius diuerſa? Præterea quũ lingua Hebraica ſit etiam hodie regulatiſſima, & longe in Grammatica perfectior quàm Chaldaica, quo-

modo erit corruptior illa? Proinde cõferatur uel Onkeli Chal. tranſlatio, aut quæcunq; alia Syriaca expoſitio, quam Thargum uocant, cum Hebraico aliquo libro, & eueſtigio apparebit hanc linguã eſſe diuerſam ab illa. Habent quidem, ut ingenue fatear, magnã ad inuicem cognationẽ, ita ut non pauca uocabula utriq; linguæ ſint communia: at propterea hæc non erit illa, cum quælibet proprijs teneat᷑ Grammaticis legibus. Accedit & hoc quod tres uel quatuor alphabeti Heb. literæ, nempe Zain, Teth, Shin, & ſæpe Aleph, in cõmunibus utriuſq; linguæ dictionibus plerũq; in alias apud Chaldæos migrãt literas ut infra indicabimus: id quod & Germanæ noſtræ accidit linguæ, dum Septentrionales & maritimi, quos inferiores uocamus Germanos, ſ mutant in t, b in f. & z quoq; in t, & propterea non facile ab ijs qui ſuperiorem Germaniã incolunt intelligi poſſunt, quantumlibet in lingua cõmunicent. Ita quoq; purus Hebræus Chaldæum non intelligit, nec purus Chaldæus Hebræũ, niſi forte in certis uocculis, in ſententia uero nunquam aut raro. Verum de hoc ſatis.

DE LITERIS CHALDAICIS.

APud Chaldæos proprias eſſe literarum figuras, probat primo Danielis liber, in cuius principio ſcribitur, quod Aſphanez docuerit pueros Hæbræorũ literas & linguã

Chaldæorum. Diuus quoqꝫ Hieronymus in præfa/tione ſuper libros regũ dicit Chaldæos uiginti & duo habere elemẽta, eodemq́ꝫ eſſe ſono ut Hebræis, ſed diuerſis characteribus. Porrò quales ij ſint characteres, non omnino certum eſt apud nos: quandoquidem Iudæi, etiã ante Hieronymi tempora, Chaldaicos libros Hebraicis cõſueuerint ſcribere characteribus, id quod in Danielis & Ezræ libris factum eſſe perſpicuum eſt. Euulgatum eſt tamen ante paucos annos opera & diligentia Iohannis Potken Agrippinenſis, Pſalterium quoddam, incognitis quidem & ante hac nõ uiſis ſcriptum characteribus, incertaq́ꝫ lingua, quam quidam Indianam putant, alij Chaldiacam uocãt, ipſe autem ueram Chaldaicam aſſerit, nec ulli ſecus ſentire permittit, præſertim Iudæorum auſcultatoribus. Age ponamus primum illius linguæ alphabetũ, deinde dictiones aliquot, tertio cõferamus eam cum ea lingua quã nobis ſcriptura ſacra & Hebræi ut ueram Chaldaicã tradunt, & quam certiſſime nouimus eſſe Babylonicã, & tunc facile uidebitur quid de hac lingua hactenus incognita ſentiendum ſit. Scribitur autem ipſa & legitur à ſiniſtra ad dextram, more Latinorum & Græcorum: & non à dextra ad ſiniſtram, ut Arabes, Hebræi, & Chaldæi facere conſueuerunt.

Scribitur Chaldaicum Heb. literis.

Pſalterium Ioannis Potken.

ALPHABETVM SEV POTIVS SYL/
labarium Indianæ linguæ.

ha	*la*	*ha*	*ma*	*ſa*	*ra*	*ſa*	*ka*	*ba*	*ta*	*ha*	*na*	*a*
ሀ	ለ	ሐ	መ	ሠ	ረ	ሰ	ቀ	በ	ተ	ኀ	ነ	አ
cha	*uua*	*a*	*za*	*ia*	*da*	*ga*	*tha*	*pa*	*ʒa*	*ʒa*	*fa*	*pa*
ከ	ወ	ዐ	ዘ	የ	ደ	ገ	ጠ	ጰ	ጸ	ፀ	ፈ	ፐ

His figuris ſi in medio ad dextrã adieceris punctum quadratũ,conſtitues ſyllabas,hu,lu,hu,mu,&c. Aut ſi eum punctum in demiſſiori loco poſueris,habebis ſyl labas,hi,li,hi, mi, &c. Quod ſi ſupra poſueris, creabis ho,lo,ho,mo,&c. Hinc patet hanc linguam nonnihil cum Hebraica habere affinitatis, licet iſta dextrorſum illa uero ſiniſtrorſum ſcribatur,ut diximus. Per hunc igitur modum conſtituũtur 104.ſyllabæ. Et quoniam lingua iſta habet geminum a & o,longum uidelicet & breue,ſicut & Hebræi habent – & –: itemq́ holem & –: idcirco creſcit totum alphabetum in 156. ſimpli/ces ſyllabas:ex quibus Bernhardus Breitenbachius in ſuo itinerario,ubi de Abaſinis ſiue Indianis ſcribit,dũ taxat 47. & eas confuſo ordine poſuit,in figura mini/me à noſtris diſcrepantes characteribus, quippe qui Hieroſolymis literas illas deſcribi fecit ab hominibus Indianis,quibus hæc ipſa lingua eſt natiua. Vbi obi/ter notandum duplicẽ eſſe Indiam:unam orientalem, quæ ſcilicet in Aſia extremum occupat locum, cuius lin guam

Indiana ligua in punctis cõ/uenit cũ Heb.

Itinerariũ Io/hãnis Breiten bachij.

guam & literas omnino ignoramus, quum in ſphæra terræ nõ ſit hominum habitatio, quæ longius à nobis diſtet Germanis quàm hæc India. Alia eſt India meri dionalis, in Aphrica ſcilicet ſita, quæ ad oriẽtem habet mare rubrũ, Arabiæ felici contermina, niſi quod Ara/bicus interfluit ſinus. Porrò ad Septentrionẽ iungitur Ægypto, & ad occidẽtem Æthiopiæ: & eſt regio latiſ/ſima, cuius populi quondam uocabãtur Troglodytæ, quod ob ſolis ardorem ſpecus terræ inhabitabant, ho die autem Abaſini & Indiani appellãtur, uiuentes ſub potentiſſimo rege, quem uulgo presbyterũ Iohannẽ uocãt, aut quod magis crediderim, presbyterũ Cohan, quod tam Heb. q̃ Chald. ſacerdotem ſonat. Ad hos itaq; homines dictam ſpectare linguã, non modo me moratus dominus Bernhardus, uerũ & Iohãnes Pot/ken teſtat', quorum primus Hieroſolymis, alter uero Romæ homines iſtos Indianos cõueniſſe, & alphabe ti huius literas ſe deſcripſiſſe fatentur. Videamus igit' nunc, utrũ ea lingua, cuius rudimenta Iohannes Pot/ken nobis primus tradidit, uera ſit Chaldaica, aut po/tius illa quã Daniel, Ezras, ſancti prophetæ, atq; On/kelos, Ionathan, Vziel, & cæteri Chaldaici translato/res nobis commendauerunt, quorum omnium fui do cilis diſcipulus & diligens lector, non Iudæorũ auſcul tator. Aduerte itaq; Paſuc ſeu uerſum iſtum, quem ex Pſal. 86. ſecundum Heb. annotationem huc retuli.

Ex Pſal

EX PSALTERIO INDIANO.

ተሣሀለኒ፡እግዚእ፡ እስመ፡ ኀቤከ፡ እጸርኅ፡ ኵሎ፡
ዕለተ፡፡ ወአስተፈሥሐ፡ ለነፍሰ፡ ገብርከ ፡፡

Sic legas : Taſahalani ogozio oſma habecha ozarha chulo amira : vuaaſtafaſoha lanaſſcha gabrocha.

Cuius interpretatio hæc eſt : Miſerere mei domine quoniam ad te clamaui tota die : lætifica animam ſerui tui. Idem uerſus Chaldaice ſic ſcribitur.

EX PSALTERIO CHALDAICO.

חוּס עֲלַי יְיָ אֲרוּם קֳדָמָךְ אֲצַלֵּי כָּל יוֹמָא ׃ אַחֲדֵי נַפְשָׁא
דְעַבְדָךְ Sic legas: Hus alai IEHOVA ærum kodamach æzalle kal ioma : æhade naphſcha deabdach.
Interpretatio eius: Miſerere ſuper me domine quoniam coram te orabo tota die:lætifica animã ſerui tui. Fac nunc tu ipſe horum uerſuum collationem,& inuenies duntaxat duas uoces in Indiano uerſu quadrare cum Chal.Paſuc,nempe chulo & lanaſſcha:cæteræ omnino diuerſæ ſunt à Chaldaiſmo . Nunquam enim mihi oſtendes , ogozio ſeu ogoziaboher dominum, amira diem,oſma quoniam,&c. Chaldæis ſignificare. Et ut clarius tibi ad oculum pateat harum duarum linguarum affinitas & diuerſitas , en ponam ex utraque aliqua alia uocabula cum eorum interpretatione.

Indianæ

INDIANAE	VOCES.	CHAL.	HEB.	LAT.
ልብየ	Loboi	לִבִּי	לִבִּי	Cor meum.
ጻድቅ	Zadoc	צַדִּיקָא ·	צַדִּיק	Iuſtus.
አንተ	Anta	אַנְתְּ	אַתָּה	Tu.
ምድርነ	Modorna	אַרְעֲנָא	אַרְצֵנוּ	Terra noſtra.
በስም	Baſom	בְּשׁוּם	בְּשֵׁם	In nomine.
ብእሲ	Booſi	גַּבְרָא	גְּבִיר	Vir.
እምላክ	Amolacha	אֱלָהָא	אֱלֹהַּ	Deus.
ደብር	Dabra	טוּרָא	הַר	Mons.
ሰብእ	Saboo	אִינָשָׁא	אֱנוֹשׁ	Homo.
እክል	Oholo	לַחְמָא	לֶחֶם	Panis.
ወይን	Ion	חַמְרָא	יַיִן	Vinum.
ቤተ	Beta	בֵּיתָא	בַּיִת	Domus.
ገበርከ	Gabarcha	עֲבַרְתָּא	עָשִׂיתָ	Feciſti.
ሰበርከ	Sabarcha	תְּבַרְתָּא	שָׁבַרְתָּ	Fregiſti.

Non hic multis opus eſt, optime lector, quandoquidē tu ipſe nunc facile iudicare poſſis, hanc linguam quam Indianam uocant, nō eſſe Chaldaicam: niſi contra claram ſcripturam ſentire uelis, Danielem, Onkelon, Ionathan, & reliquos orientales interpretes, nō Chaldaice, ſed fortaſſe Callikutice ſcripſiſſe. Eſt igitur lingua propria, & ſuæ genti peculiaris, nunc quidē cum Chaldaiſmo, nunc uero cum Hebraiſmo non nihil habens affinitatis, ſed plus cum utraq; diuerſitatis. Proinde mihi uidetur, ſi in ſenſu meo abundare permittor, eam Æthiopum eſſe linguam, ſicut & Abaſini ipſi non ad-

modum ab Æthiopibus differre dicuntur: quanq̃ nõ neſciã ipſos Iudæos in ſuo Haruch eam uocare linguã Iſmaëliticã, id quod dictiones nõnullæ indicant, quas ex hac lingua in Haruch ipſum retulerũt. Sed reuertamur nũc ad inſtitutũ noſtrũ. Nos itaq; in hac Grãmatica utemur elemẽtis Hebraicis pro Chaldaicis, Iudæos ipſos imitãtes, qui iam à mille annis & ſupra Chaldaicas translationes & expoſitiones Hebr. ſcripſerunt characteribus: & fortaſſis non abſurdum fuerit dicere, Danielem quoq; librum ſuũ per totum Heb. ſcripſiſſe literis, etiam ubi Chaldaico utit̃ ſermone non ſecus q̃ nos Germanã noſtrã linguã Latinis ſcribimus literis.

Chaldaiſmus Hebraicis ſcribitur literis.

FIGVRAE ALPHABETI HEBRAICI quas currentes uocãt, quibus Iudæi Germani utunt̃.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ

ס ע פ צ ק ר ש ת : ך ם ן ף ץ

FIGVRAE ALIAE QVIBVS PELLIcanus & ego poſt Hiſpanos utimur.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ

ס ע פ צ ק ר ש ת : ך ם ן ף ץ

DE LITERIS SERVILIBVS & radicalibus.

SEcare poſſumus literas Chaldaicas ut apud Hebræos, in duos ordines, uidelicet in radicales & miniſteriales. Perpetuo radicales ſunt גזח טסעת צקרש Seruiles uero hæ ſunt אבר כל חוי מנת Et uocantur ſeruiles, quod de dictionis eſſentia non ſunt quando ſeruiunt, ſed adminiculũ aliquod dictioni ipſi ad ſuam præſtãt inflexionẽ: ut ſunt præpoſitiones, & literæ per quas uerba in tempore & perſonis & nomina in numero mutantur. Inter ſeruiles igit̃ literas à capite tantũ hæ quatuor ſeruiunt ברלם A capite uero & calce iſtæ ſubſidiariæ inueniũtur בחן Porrò iſtæ quatuor אית ubiq; ſeruiles inueniũtur. Conſtituunt̃ & ſyllabæ quædã ſeruiles ex his accidentarijs literis, quarum miniſteria tibi paulo inferius deſcribam, ubi literarum officia explicauero.

LITERAE A CAPITE tantum ſeruiles.

ב Hæc litera, ut in Hebræo, ualet præpoſitionẽ in uel cum. Vnde Deu. 31. בשתא יומין עבד ייי ית שמיא וית ארעא In ſex diebus fecit dñs cœlum & terrã. Eſt etiã frequẽs in officio literarũ Bachlam, tam & ſi tunc nihil aliud ſit q̃ præpoſitio.

 Hæc li-

ד Hæc litera primo emphaſeos ſeu demonſtrationis gerit officium: ut וּדְבֵית יְהוּדָה Et ipſa domus Iuda: Iſa. 11. Sic אַסְעַר עַל דְּדָיְרִין Viſitabo ſuper ipſos habitatores: capite 13. eiuſdē. Item אַקְדִישׁ בְּזכוּתִי דְּאִידַי Sanctificabo in innocentia mea ipſas manus meas: Pſal. 26. Secūdo plerūqȝ eſt articulus genitiui caſus: ut אִבָּא דְּאַרְעָא Fructus terræ: Deut. 30: חַלָּא דְּיַמָּא arena maris Geñ. 32. Sic דְּמַאן אַתְּ Cuius es tu? &c. Tertio ualet relatiuū qui, quæ, qd', & coniunctionem ꝙ: non ſecus quàm litera Schin apud Hebræos: ut Deut. 3. כָּל דְּפַקִּיד יְיָ Omnia quæ præcepit dominus, Et 1. Reg. 14. דִּבִידִי Quæ in manu mea. Et nota quando litera, cui à capite additur Daleth, habet ſcheua, tunc daleth relatiuū habet plerūqȝ hirec magnum: ut דִּישְׁמַעְנָא Quæ audiuimus: דִּיבְרָא Qui creauit: Iſa. 42. Recipit etiam ſæpe ante & poſt ſe alias literas ſeruiles: ut לְדִידַע Ad eum qui ſcit: Iſa. 29. Et ibidem: כִּידְבְקַבְלָא Quaſi qui in tenebris. Idem ſentiendum eſt, quando ualet coniunctionem ꝙ: ut מִן דְּחָטָא כִּדְמִן אַוְלָא Secundum ꝙ ab initio: Eze. 36. Poſtea quàm peccauit: Geñ. 4. כִּדְלֵית Secundum ꝙ non &c. Plerunqȝ etiam cum Iod, ut דִּי in ſecundo & tertio officio ſeparatur à dictionibus, idem ſcilicet tunc ualens quod אֲשֶׁר apud Hebræos: ut כָּל דִּי לָבָן עֲבִיד לָךְ Omnia quæ fecit Laban tibi: Geñ. 31.

Lamed

ל Lamed litera non ſecus in Chaldaiſmo quàm in Hebraiſmo, eſt præpoſitio ad uel apud, articulus datiui caſus, & una ex literis bachlam: ut לְמַלְכָּא דִירִיחוֹ Regi Hierichonis: Ioſue 2. Item שַׁוִּי יַעֲקֹב יַת הוּטְרַיָּא לְעֵינֵי עָנָא Poſuit Iacob uirgas ad oculos ouium: Geneſis trigeſimo.

מ Mem à fronte, primo conſtituit nomē Hæemanthicum: ut מַדַּע Scientia: מַשְׁכְּנָא Tabernaculum: מַדִינְחָא Oriens. Secundo ualet p̃poſitionē à uel ab, ex uel de: ut מְרַמְשָׁא עַד צַפְרָא A ueſpere uſq; ad mane. Tertio per ipſum facimus participium præſens in omnibus, excepta prima, coniugationibus: ut מִתְפְּרַע Vindicatus, מְקַבֵּיל Obediens, מַדְלִיק Incendens. Quarto, in prima tātum coniugatione concurrit ad conſtitutionem infinitiui: ut מִמְלַךְ תִּמְלוֹךְ Regnando regnabis: 1. Reg. 24. מִמְסַר תִּמְסַר Tradendo trades: Iud. 11. Sic cum literis bachlam: ut לְמִיקְטַל ad occidēdum: בְּמִיפַּל In cadendo. Venit præterea ſæpe מִל cum infinitiuo, & tunc includit negationē: ut מִלְמֵיחֱטֵי Ne peccent: Ezech. 2. מִלְקַבָּלָא Ne recipiat: Iſa. 33. מִלְמַלָּלָא מִלִּין Ne loquaris uerba: Iſaiæ 58. Quinto per Mem literam, Chaldæi circumloquuntur comparatiuum: ut חַכִּים אַתְּ מִדָּנִיֵּאל Sapientior tu es Daniele: Ezechielis uigeſimo octauo capite.

DE LITERIS בכהן A FRONTE & calce ſeruilibus.

כ Caph à capite, eſt aduerbium ſimilitudinis, ſi/ cut, quemadmodum, adinſtar: & aliquando præpoſitio iuxta, ſecundum. Quando uero eſt litera Bachlam, ualet aduerbium cum: ut בְּטוּרָא ſicut mons: בְּמֵימְרִי ſecundũ uerbum meum: בְּמִישְׁמְעָךְ Cum audieris tu: בְּאִתְגַּלְיוּתֵיהּ Cum appa ruerit ipſe. Superaddit̃ etiam ipſi quandoq; Lamed articulus: ut תְּהוֹן רְמָן לִבְמוֹצָא Eritis ſimiles paleæ. Zoph.2. Porrò in fine ualet pronomen tuus, tua, tu/ um, & tui, tibi, te, punctaturq́; ſemper tam in maſcul. gen. quàm fœmin. cum ſcheua: ut עַבְדָּךְ Seruus tuus, ô deus: Pſal.19. נַפְשִׁיךְ anima tua, ò mulier: & ad uirũ, נַפְשָׁךְ Sic אֲגַרְתִּיךְ Côduxi te: אַחֲוִינָּךְ Oſtendam tibi. *Caph à fine*

ה He à capite raro ſeruire inuenitur, niſi quod apud Danielem ad conſtitutionem uerbi Hi phil concurrit: ut הֲקֵמְתָּ Erexiſti: Daniel.3. Et Onkelos nonnunq̃ ea utitur pro articulo, ut in Hebræo quoq; eius uſus eſt. A fine autem cum mappic præcedente kamez, & ſine mappic ſequente aleph, relatiuũ eſt fœm. generis ſingularis numeri: ut בַּעֲלַהּ Maritus eius: וְקָמַהּ Erexit eam, מָרַהָא Domi/ nus eius: קִרְוָהָא Ciuitates eius. Quod ſi He habuerit *He à fine.*

mappic

mappic præcedente iod,erit relatiuum ſingul. maſc. ut בֵּיתֵיהּ Domus eius: רִבּוֹנֵיהּ Dominus eius.

נ Nun litera à capite,primo cõſtituit nomẽ Hæmanthi,licet raro:ut נַחְשׁוֹל Tempeſtas: Ionæ 1. Secundo per eam fit prima perſona plur. futuri temp , ſicut & in Hebræo : ut נַעְבִיד Faciemus : נְמַלֵּל Loquemur. Tertio utuntur hac litera aliqui Chaldaici interpretes, præſertim is qui prouerbia Salomonis tranſtulit,pro litera iod, faciente ſcilicet tertiã perſonam futuri temporis utriuſq; numeri : ut נִקְרוּנַנִי Inuocabunt me: Prouerb. 2. נֵאבַד Peribit: Prouerb. 10. נִתְפְּסִיק Exterminabitur : ibidem.

Nun à fine. In fine autem dictionis,primo eſt paragogica litera,in ſecunda & tertia perſonis uerborum plural. futuri temporis : ut יִפְלְחוּן Seruient : תִּפְלְחוּן Seruietis. Sic in ſecunda perſona fœmin.ſingul.futuri temporis: ut: תְּמַלְּלִין Loqueris: תֵּלְדִין Paries. Et ſine iod: ut תִּשְׁתֵּן Bibes tu mulier: Eze.23. תְּצַלֵּן Orabis. Et in tertia plur. תִּסַּמְרָן Accingent:Pſal.65.

Secundo , deſinunt in eam plerunq; nomina plur. præſertim fœminina : ut נַפְשָׁן Animæ : אַתְוָן ſigna: כַּלָּן Sponſæ: אַרְמְלָן Viduæ: & hæc ſunt fœminina. De maſculinis exempla : תּוֹרָן Boues: אַבְהָן Patres : סַמָּן Cæci: לֵילָוָן Noctes,&c. Et hæc aliquando terminantur etiam in in: ut תּוֹרִין Numeri primo,&c.

Tertio

Tertio multa nomina uerbalia in eam deſinũt, quæ & plerunq; habẽt paragogen aleph: ut דִּכְרָן & דוּכְרָנָא Memoria: פּוּלְחָן & פּוּלְחָנָא cultus, ſeruitium: קָרְבָּן & קוּרְבָּנָא oblatio. Item adiectiua in eadem forma: אוּחְרָן alius סַרְבָּן rebellis, &c. Quarto nonnunquam ualet pronomen nos, noſtrum, præſertim in Targum Hieroſolymitano: ut נַפְשָׁן Anima noſtra: גַּבָּן Apud nos: Exo. 14. Et duplicatur aliquando: ut אֲבוּנָן Pater noſter: צְלִיבְנָן Suſpendimus. Et cum Aleph, נַפְשָׁנָא Anima noſtra: אַרְעָנָא Terra noſtra: de quo infra in ſyllabis. Solet etiam hæc litera ex luxu quodam in nominibus ab aheph incipientibus, mox poſt literam aleph poni: ut אִתְּתָא & אִנְתְּתָא uxor: אַפָּא & אַנְפָּא facies: אִבָּא & אִנְבָּא fructus: אַתְּ & אַנְתְּ Tu: &c.

DE OFFICIIS LITERARVM אית ubiq; ſeruilium.

א Eſt hæc litera Chaldæis in extremitate dictionum familiariſſima, & maxime in fine. Vnde ſi ex Hebræa uoce uolueris facere Chaldaicã, adnecte ei paragogen aleph: ut ab אָב dices Chaldaice אַבָּא Pater: ab עֶבֶר עַבְדָּא ſeruus: Sic דַּמָּא à דָּם ſanguis: Act. 1. Et רוּחָא à רוּחַ ſpiritus, & cætera innumera. In affixione tamen pronominum abijcitur aleph: ut אֱלָהָךְ Deus tuus: ab אֱלָהָא abſoluto.

Conſti

Conſtituit autem aleph primo à capite nomen deno
minatiuum, licet & in hac forma ſæpe ex luxu quodã
nominibus adijciatur. Exempla primi: אַגְחוּתָא præliũ:
à radice נגח Et אַסְטָיוּת Peruerſitas, à uerbo סטא de
clinauit. Sic אוּרָיְתָא Lex, inſtrumentum, à radice ירא
ſeu uerbo hiphil, אוֹרִי docuit. Secundi, אֱדָם & דְּמָא
Sanguis: יְדָא & אִידָא manus, &c. Secũdo per ipſum
fit uerbum Hiphil: ut à שְׁמַע Audiuit, fit אַשְׁמִיעַ fe
cit audire, ſeu diuulgauit: & à נְפַק Egreſſus eſt, אַפִּיק
eduxit, &c. Sunt tamen aliqui Chaldaici interpretes,
qui pro aleph ponunt he: ut הַשְׁפִּיל Humiliauit: Da
niel. 5. Tertio aleph à fronte, primam conſtituit per
ſonam futuri temporis, ſingularis numeri: ut אֲמַלֵּיל
Loquar: אֶתְבַּר frangam. In fine autem dictionũ,
Aleph à fine. ſæpe in eam deriuatur fœmininum genus à maſcul. ut
קַדִּישָׁא Sancta à קַדִּישׁ Sanctus. Sic בְּחִיר Electus,
בְּחִירָא electa. In ſubſtantiuis autem non tam fœmi
ninis quàm maſculinis paragogice adijcitur. Solet
etiam plerunq; in uerbis, quieſcentibus in Ainpoal, ſer
uire in medio dictionis, cõſtituens ſcilicet participium
præſens: ut דָּאִין Iudicans, à דָּן iudicauit. Sic תָּאִיב Re
uertẽs, à תָּב Et גַּבְרָא הֲוָה קָאִים Vir fuit ſtans: Eze. 43.

Iod litera uerbis præfixa, facit tertiam perſonàm
utriuſq; numeri futu. temporis: ut יִמְסַר Tradet,
יִמְסְרוּן Tradent: & in fœminino genere, יַעַבְדַן

facient mulieres. Notandum etiam q uerba quorum pepoal eſt aleph, mutant ipſum in iod literam, in duobus poſtremis modis, hoc eſt, in infinitiuo & futuro: ut ab אֲמַר dixit, לְמֵימַר ad dicendum, בְּמֵילַת in diſcendo, אֵימַר dicam, תֵּימְרוּן dicetis, de quo in uerborum coniugationibus. Porrò Iod poſt pepoal plerunq; cõſtituit nomen uerbale: ut רִיחוּק abominatio: קִידּוּשׁ ſanctificatio: קִיטּוּל occiſio: טִילְטוּל motio: חִיזּוּ uiſio, &c. Poſt ainpoal autem, multa præſtat obſequia. Primo namq; conſtituit paul: ut בְּחִיר electus, שְׁלִיחָא miſſa. Secundo facit adiectiuum: ut חַכִּים ſapiens: עֲמִיק profundus: עַתִּירָא diues. Tertio concurrit ad formationem Hiphil: ut אַתְקִין parauit: אַכְנִישׁ congregauit. Quarto fiunt aliquando per eam nomina abſtracta: ut בְּהִילוּ terror: סְגִיאוּת multitudo: חֲמִידְתָּא deſiderium. Quinto in uerbis in ain quieſcentibus facit participium præſens: ut טָאִיס uolans: בָּאִית pernoctans: צָאִים ieiunans. In fine uero dictionum primo ut in Heb. eſt pronomen primæ perſonæ: ut בָּעוּתִי oratio mea: רִיבּוֹנִי dominus uel magiſter meus: רְתִיכַי currus mei: יְמָמַי dies mei. Ponitur quoq; multoties loco aleph, præſertim in uerbis quieſcẽtibus in lamed poal: ut חֲזָא & חֲזֵי uidit: חֲטָא & חֲטֵי peccauit: מְנָא & מְנֵי numerauit. Deſinit etiam in eam imperatiuus fœmin. gen. ut שְׁמַעִי audi mulier: מַלִּלִי loquere: סְקִי aſcende, &c.

Iod intra dictionis limitem.

Iod à fine.

Vau

ו Vau à capite ferè ſemper eſt coniunctio copulatiua,&,ac,q;,autem,ut in Heb. ſed nunq̃ꝫ inuenitur Hippuch,hoc eſt,conuerſiua præteriti in futurum,aut futuri in præteritum: ut וִיתִיבוּ Et ſederunt: Ioſue 2. וּמְשַׁח Et unxit: 3. Regum 1. וְתֵימַר & dices. Conſtituit etiam ſæpe uau ſurec cum Tau, à capite, & ſimiliter à fine nomen abſtractum: idem fit quando ponitur poſt pepoal, & etiam poſt ain poal: Exempla: תּוּשְׁבַּחְתָּא laus: תּוּשְׁלֵימְתָּא integritas: סַהֲדוּתָא teſtimoniũ: אַצְלָחוּתָא proſperitas: פּוּרְקָן redemptio: חוּכְמְתָא ſapientia: גְּבוּרַן fortitudo: תְּיבוּר fractura. Et cum holem: תְּקוֹת robur: עוֹקְשָׁא calumnia. Idem officij quandoq; poſt lamedpoal exercet: ut תְּכְלוֹ ſterilitas: סִיבוּ ſenectus. Alioquin in fine cum ſurec &

Vau à fine. aliquando cum holem, pluralem numerum in uerbis facit,perinde ut in Hebræo: ut בְּנַשׁוּ collegerunt: בְּכוֹ & בָּכוּ fleuerunt: רְמוֹ proiecerunt: חֲטוֹ peccauerunt: אִמְרוּ dicite: שְׁרוֹ habitate: תַּעְבְּדוּן facietis,&c. Ponitur etiam ſæpenumero cum ſurec inter ain & lamed poal in futuro & imperatiuo: de quo infra.

ת Tau litera à fronte, primo conſtituit nomen Hæmāthi:ut חוּלְעֲבָא ſubſannatio: תַּבְשִׁילָא coctio: תַּפְקִירְתָּא præceptum.

Secundo per eam formatur ſecunda perſona maſculini generis futuri temporis utriuſque nu-

 meri

meri: & item tertia perſona fœmin. generis: ut תַּעְבֵיד facies, תַּעַבְדוּן facietis: תְּמַלְּלִין Loqueris tu mulier, תְּקַבְּלָן accipietis. Porrò intra dictionis limites, conſtituit paſſiuam uocem per omnes coniugationis modos: ut אִתְחַלַּת Mutatus eſt, אִישְׁתְּבִיק relictus eſt: מִישְׁתְּאִיל Interrogatus, יִשְׁתַּבַּח gloriabitur, &c. *Tau intra dictionem.*

Ablatiuus. מִנְּהוֹן Ab eis.

Pronomina tertiæ perſonæ fœminini generis in utroque numero, hoc modo declinantur.

Nominatiuus. דְּנַן Iſtæ: הִיא Ipſa: דְּנָה & דָּא Iſta.
Genitiuus. דִּירְהֶן Earum: דִּירָהּ & דִּילָהּ Eius.
Datiuus. לְאִינּוּן & לְהֶן Eis: לַהּ Ei.
Accuſatiuus. יַתְהֶן Eas: יָתָהּ Eam.
Ablatiuus. מִנְּהֶן Ab eis: מִינָּהּ Ab ea.

Inueniuntur tamen nonnunquam maſculina uſurpari pro fœmininis, præſertim in accuſatiuo & ablatiuo: ſicut & pronomen iſtud דֵּיכִי capit͛ pro ille, & aliquando pro illa, in fœminino ſcilicet genere & maſculino. Inuenitur præterea בּוֹן pro בְּהוֹן in eis. Item לְאֵידֵין cui: quod componitur ex אֵי & דֵין &c.

DE VERBO CHALDAICO TERTIA ORATIONIS PARTE.

FIdeliter hactenus retulimus, optime lector, quicquid ex Chaldaicis ſcriptoribus & interpretibus de nomine & pronomine obſeruare potuimus. Nunc quæ de uerbo tertia orationis parte aduerterimus & cógeſſerimus, non grauabimur in medium afferre.

Igitur uerbo apud Chaldæos accidunt genus, numerus, modus, tempus, perſona, ordo, coniugatio, & affixorum annexio. De primis quinq; ſuperfluum ducimus hic quicquam annotare. Nam habent Chaldæi in ſuis uerbis nó ſecus quàm Hebræi, maſculinum, fœmininum, & cómune genus: Singularem & pluralem numerum: Præteritum, Benoni, Paul, Ziuui, Makór, & futurum: Præteritum, præſens, & futurum tempus: Primam, ſecundam, & tertiam perſonam: quemadmodum infra in coniugationum formulis perſpicue hæc omnia patebunt. Nunc uerborum ordines breuiter & compendioſe tibi ob oculos ponam.

Accidétia uerbi.

DE VERBORVM ORDINIBVS.

TOtam Chaldaicorum uerborum multitudinem, in ſeptem taxare poſſumus diſtinctos ordines. In primum ordinem

ponimus

ponimus uerba perfecta, quæ ſcilicet tribus conſtant radicalibus literis, quarum nulla à themate unquam ob quancunq; inflexionem uel mutationem excidere poteſt: hoc eſt, ad hunc ordinem ea pertinent uerba, quorum prima radicalis non eſt aleph, Iod, uel Nun: & ſecunda non eſt aleph, uau, uel iod: & tertia non eſt aleph, uel iod: ut רַבָּר accepit: קָטַל occidit: שְׁכַב dormiuit. &c.

In ſecundum ordinem digeruntur uerba defectiua in prima: quorum ſcilicet prima radicalis litera eſt Nun, & aliæ duæ poſteriores ſunt ex literis immutabilibus. Hæc enim nonnunquam abijciunt literam Nun, præſertim in imperatiuo & fut.: ut נְפַק egreſſus eſt, נְסַב accepit: à quo סַב accipe, יִסַּב accipiet, &c.

Tertius ordo complectitur uerba, quorum prima radicalis eſt Iod uel aleph, quæ literæ plerunq; quieſcunt in punctis, & ob id merito uerba quieſcentia in prima uocari poſſunt: ut אֲמַר dixit, אֲחַר comprehendit, י
יְהַב dedit.

Quartus ordo continet uerba, quorum media radicalis eſt uau, quæ plerunq; quieſcit in punctis: aut aleph quæ ſæpenumero mutatur in Iod: ut חָב peccauit, ב
בָּת pernoctauit, שְׁאַל petiuit.

Quintus ordo habet uerba, quorum tertia radicalis eſt aleph, uel etiam Iod, quæ ſæpe ponitur loco aleph: ut פְּצָא liberauit, סְנִי odiuit, חַוִּי oſtendit.

Sextus ordo eſt uerborum quorum prima radicalis eſt aleph, Iod, uel nun, & tertia aleph uel Iod: quæ ſcilicet in utraque quieſcunt extremitate: ut אָתָא uenit, יְגֵי decepit, &c.

Septimo ordini alligantur uerba, quæ quatuor aut quinque integrantur radicalibus literis, & horum magnus eſt numerus apud Chaldæos: ut פַּרְנֵס nutriuit ſeu pauit, שַׁעְבֵּר afflixit, &c.

DE CONIVGATIONIBVS.

APud Chaldæos tres duntaxat ſunt coniugationes, nempe kal, piel, & hiphil cũ ſuis paſſiuis. Et quoniam hæ tres in omnibus, præterquàm in ultimo, inueniuntur ordinibus, idcirco colligentur in uniuerſo decem & nouem coniugationes, de quibus nunc ſigillatim iuxta ordinum ſeriem diſſeremus. Sed prius te monendum duximus ſtudioſe lector, in Chaldaiſmo nõnunquam inueniri uerba iuxta Hebraicam punctata grammaticã: id an ex interpretis induſtria factũ ſit: aut certe quod lingua ipſa Chaldaica, Hebraiſmi quoque admittere poſſit phraſim, adhuc ignoramus. Id quidem ſcio, Ionathan crebrius huiuſmodi Hebraicas inculcare uoces, quàm reliquos interpretes: nõ ſecus quàm latiniores ſuis ſcriptis non raro Græcas intermiſcere ſolent dictiones. Vnde 1. Reg. 3. inuenis שֹׁמֵעַ audiens: Et 1. Regum 30. רְטְשִׁין expanſi: Et 3. Regum 18. אַתָּ אוֹמֵר Tu dicis.

Chaldæi utuntur Hebraicis uocibus.

dicis. Item Iſa. 34. זִפָּא בְעָרָה Pix ardens: Et 47. eiuſdē. אֲמָרַת dixit, ſcilicet mulier: Sic Ieremiæ 8. יַרְעַת co/gnouit, in fœminino genere. Et 40. eiuſdem, הֵאֱמִין credidit. &c. Hæc inquam Hebræa ſunt, & longe aliter in Chaldaiſmo punctantur, ut infra patebit.

DE CONIVGATIONE KAL uerborum primi ordinis.

PRima cōiugatio uerborum perfectorum habet triplicem formam, uidelicet: מְשַׁח menſurauit, סְלִיק aſcendit, שְׁפִיךְ effudit. Prima forma facile commutat patha in Iod hirec, præſertim ſi ultima litera alia fuerit quàm gutturalis: & ſecunda, iod hirec in patha: tertia uero, kamez ſub prima non raro mutat in ſcheua. Porrò ſignificatio huius coniugat. plerunq; eſt neutra: ut קְרִיב acceſſit, רְהַט cucurrit, טְבַע demerſus eſt, &c. Inueniuntur tamen in ea etiam multa tranſitiua: ut קְטַל occidit, תָּרִיךְ eiecit, quod tamen uidetur eſſe de piel, quieſcente dageſ in kamez: כְּנִישׁ congregauit, כְּבִישׁ ſubegit, &c. Paſſiuum huius imitatur omnino formam illius Hebraicæ coniugationis, quam Hithpaël uocant: ut א אִתְקְטִיל occiſus eſt, אִשְׁתְּבִיק relictus eſt, &c. Sed nūc ſubijciemus formulam, iuxta quam cōiugabis in præterito kal omia uerba perfecta tam actiuæ q̄ paſſiuæ uocis, in utroq; gen. deinde adijciā notabilia quædam.

Præteri/

PRAETERITVM PERFECTVM kal uerborum perfectorum.

2. Pluralis Maſcul.	3. Pluralis Commu.	1. Singularis Commu.	2. Singularis Maſcu.	3. Singul. Maſcu.	Nomina coniugationum.
עברתון	כבשו	משחית	עברתא	משח	Poal.
רחילתון	רגיזו	סליקית	סליקתא	קריב	Poal.
שתיקתון	שתיקו	שביבית	מרירתא	מריר	Poal.
אתקטלתון	אתכבישו	אתקטילית	אתבריקתא	אתכביש	Niphal.
אשתבקתון	אשתמעו	אסתכלית	אשתמעתא	אשתמע	Niphal.

2. Pluralis Fœminina.	2. Singularis Fœminina.	3. Singularis Fœminina.	1. Pluralis Commu.	
עברתין	עברת	שמעת	שמענא	Poal.
רחילתין	סליקת	סליקת	רחילנא	Poal.
דליקתין	צבירת	דליקת	מרירנא	Poal.
אתמנעתין	אתקטלת	אתמסרת	אתמנענא	Niphal.
אשתבקתין	אשתמעת	אשתביקת	אשתבקנא	Niphal.

Notabilia de præterito actiuo.

Secūda perſo. maſc.ſing. aliquando inuenitur hanc habere formam : אמרת dixiſti: אין עריבת Si ſpopondiſti: Prouerb.6. עברת feciſti: in Thar. Hieroſol. Et item יהבת Dediſti deus:Pſal.21. Habet etiā quandoq; formam fœmininorum:ut יהבת Dediſti:Dan.2. שמת Poſuiſti : eiuſdem.3. אמרת Dixiſti : Iob 33.

Prima perſona ſingular.aliquando mutat hirec iod in zere : ut עברת feci, אמרת Dixi: Danielis quarto.

Componi

Componitur etiam aliquando tertia ſingularis cum pronomine אֲנָא ego,& hoc modo mutatᷣ in primam, quanquam præ ſe ferat primæ perſonæ plu. formam: ut דְּכִירְנָא recordatus ſum: Ier.2. אֲנָא יְדַעְנָא Ego co-gnoui: 2. Reg. 18. Et לָא אֲבֵינָא non uolui: Iſa. 65. Et alia multa paſſim licet inuenire exempla. Inuenitur quoqꝫ Geneſis 16. עֲרַקֵת Fugi ego, in fœminino gen.

Tertia pluralis maſ.quando caret Iod,indifferenter formatur ſic, שְׁמַעוּ קְטָלוּ uel ſic גְּנָבוּ תְּקָעוּ Item ali-quando loco Vau ſurec habet nun: ut סַלְקָן aſcende-bant. Et in fœmin. cum paragoge aleph: ut אֲמַרְנָא di xerunt,ſcilicet Rahel & Lea: Gen.32.& Exo.1.Aliquan do etiam habet paragogen nun poſt uau : ut רְתֵיתוּן Tremuerunt: Pſal.77. Habet præterea hæc perſona in fœmin.gen.ſæpenumero aleph pro uau ſurec, ma-xime in uerbis quæ in tertia radicali quieſcunt , ut ſuo loco indicabimus : ut וְקָרִיבָא בְּנַת צְלָפְחָד Et acceſſe-runt filiæ zelophhad: Num. 27. נְפַקָא Egreſſæ ſunt: Exodi 15. בְּזָעָא Lacerauerunt: 4.Regum 1.

In ſecunda plurali maſ.nihil inueni diuerſitatis, niſi quando tertia radicalis eſt gutturalis, hanc plerunque habet formam פַּלְחִיתוּן ſeruiuiſtis, שְׁמַעִיתוּן audiui ſtis,quum alioqui tertia radicalis in hac perſona ſem-per habere conſueuerit ſcheua.

Prima perſona pluralis aliquando pro נָא habet נָן ut שְׁמַעְנָן audiuimus: Pſal.78. עֲבַדְנָן fecimus. צְלִיבְנָן

ſuſpendimus:in Eſter. Dicimus etiam indifferenter גְּמַרְנָא & גְּמִירְנָא deleuimus: ut patet Deu.3. ubi hũc duplicem modum in eodem habes paſuc.

Tertia ſingularis fœmin. ſine iod, indifferenter pun/ctatur ſic שַׁבְקַת שְׁמַעַת uel ſic, כְּתָבַת ſcripſit, שְׁלָחַת miſit. Habet etiam aliquando aleph loco Tau: ut ק קָרִיבָא acceſſit, רְדָפָא inſecuta eſt. Punctatur quoq́, licet raro, in hac forma, אֲמָרַת dixit: Gen.21.

Secunda fœmin. ſingularis plerunq́ eſt conformis ſecundæ perſonæ fœmin. Hebraicæ. Deſinit etiam ali/quando in ith: ut עֲבִירִית feciſti, אַתְּ אֲמָרִית Tu dixi/ſti: Ier.12. Aliquando uero in ath, ſicut & maſculina: ut אֲמַרַת dixiſti, שַׁבְקַת reliquiſti: Eze. 25. שְׁמַעַתְּ audi/ſti. Eſt enim illa cõmutatio de iod hirec in patha, ad/modum frequens & familiaris Chaldæis.

Secunda pluralis fœmin. ſæpe eſt eadem cum ſecunda plurali maſcul. ut patet Exodi 1. & 2. & in libro Ruth. Inuenitur etiam Exo. 1. עֲבַרְתֵּן feciſtis, iuxta formam Hebraicæ Grammaticæ.

ANNOTATIONES DE PRAE/terito kal paſſiuorum.

HAbet paſſiua uox à fronte uerbi ſemp augmen tum אִתְּ & à fine eaſdem terminationes in ſin/gulis perſonis, quas habet actiua uox. Et deſinit tertia fœmin. ſingul. aliquando in aleph, ſicut & in actiua uo ce: ut אִתְעֲבִירָא facta eſt: Mich. 6. Sed aduertendũ eſt

eſt, quando uerbi prima radicalis litera eſt una ex
שזסץ uel ברטת alia ratione formari paſſiuã uocem.
Primo quando ש uel ס eſt capitalis uerbi litera, Tau
paſſiua litera non præcedit eam, ſed ſequitur: ut א
אסתתר abſconditus eſt: Eccleſ. 7. אסתמר præmoni/
tus eſt: Geneſis 31. אשתכח Inuentus eſt: Eſter 2. א
אשתזיב Saluatus eſt: Prouerb. 11. Quando autem
Zain eſt prima radicalis litera, tau mutatur in daleth,
poniturq́ʒ poſt ipſum zain: ut איזדקפת erecta eſt: Ge
neſis 37. אזדרז accinctus eſt, אזדהר monitus eſt, &c.

Proinde quando zade eſt pepoal, Tau paſſiua lite
ra mutatur in Theth, & ponitur poſt zade: ut אצטנע
repoſitus eſt: Eccleſ. 9. אצטליבו ſuſpenſi ſunt: Eſter 2.
Inuenitur tamen Thren. 1. איצדיאת deuaſtata eſt: &
4. capite אתצדי uaſtatus eſt. Porrò quum initia
lis uerborum litera fuerit una ex ברטת Tau litera paſ
ſiua plerunq; per dages abſconditur in ipſis. Exempla
de Beth: יבטיל diſſipabitur: Amos 5. יבהתון confun
dentur, אבהית confundar: in pſalmis. De Daleth:
אידמא aſſimilatus eſt: Pſal. 144. אידכיאת purificata
eſt: אדברת ſumpta eſt: Eſter 2. אידבר idem quod ב
נלקח acceptus eſt: Eze. 33. De Teth: אטבעו ſubmer/
ſi ſunt: Exodi 15. אטמר abſcondar: Iob 13. אטלטלו
tranſmigrati ſunt: quod etiam in hunc modũ inuenit̃,
אתטלטלו thre. 4. De tau: איתקת fortificatus eſt: Exo.
7. אתברו fracti ſunt: Ioſ. 2. איתרכו eiecti ſunt: Thren. 1.

Raro tamen dages ipſum expreſſum inuenitur:quod, an incuria librariorũ factum ſit, aut certe quod lingua ipſa non uſq; adeo ipſo opus habeat,incertũ eſt. Nec te moueat,ꝙ iod plerunq; antecedit dages ipſum.Nã eam conſuetudinem didici eſſe Chal. ut raro hirec uel zere,ſine ſequẽte iod ſcribãt,ſiue ſequat́ dages ſiue nó.

Tertio notandũ ꝙ Daniel propheta duplici utitur paſſiua forma: Primo ea quam iam deſcripſimus: ut אִתְבְּרִיַת ſectus eſt: Dan.7. Secũdo,eodẽ cap.hæc eſt ſibi familiaris, פְּתִיחוּ סִפְרִין aperti ſunt libri: מְרִיטוּ de pilati ſunt: נְטִילַת leuata eſt: קְטִילַת occiſa eſt. Om̃ia iſta exempla inuenies cap.7.& uidentur mihi deriuari à paul,quod hanc quoq; habet formã, ut mox oſten demus: niſi malueris dicere, omnia iſta uerba poni in neutro gen̄.Certe Rab.Sal. exponit ea paſſiue,uideli/cet per נמרטו & נחרגו &c. Notandũ quoq; Chal. multa eſſe deponentalia uerba,quæ ferè ſemꝑ in paſſi ua uoce inueniuntur, quorũ aliqua ſubſcribere libuit.

אִיתְאַבַּל	Lamentatus eſt,luxit: Gen. 37.
אִיתְנַבֵּי	Prophetauit: frequens in prophetis.
אִתְנְשִׁי	Oblitus eſt: Deut.4.
אִשְׁתְּעֵי	Narrauit,retulit: Eſter 5.
אִשְׁתְּמוֹדַע	Cognouit: Gen.37.
אִסְתַּכַּל	Contemplatus eſt,uidit: 1.Reg.24.
אִתְרְעֵי	Elegit,complacuit: Iſa.41.
אִתְרַעַם	Murmurauit,tumultuatus eſt.

אִסְתְּכֵי Reſpexit,intuitus eſt : Iſa.63.
אִיתְּרְחִיץ Confiſus eſt : Iſa.36

Inuenitur etiam hoc uerbum ſæpe in actiua uoce : ut רְחִיצִית confiſus eſt. Inuenies & alia multa deponentalia in noſtro Chaldaico dictionario. Hæc de præterito ſufficiant.

DE PARTICIPIO PRAESENTI
kal uerborum perfectorum.

NOn eſt in hac coniugatione diſcrimen aliquod inter tertiam perſonam maſcul.ſingularem præteriti & participij præſentis. Nam hic quoq; ut in præterito dicimus מְנַע prohibens , שְׁמַע audiens : & עֲבִיר faciens : רְחִיל timens, חָפִיר fodiens : tam & ſi poſterior forma ſit frequentior. Sed nunc ſubijcienda eſt formula generalis, iuxta quam alia quoq; uerba in hoc modo inflectere ualeas.

FORMVLA HABENONI KAL.

Pluralis fœminina.	*Singularis fœminina.*	*Pluralis maſculina.*	*Singularis maſculina.*	*Nomina coniugat.*
אֲמְרָן	אֲמְרָא	שַׁמְעִין	שְׁמַע	Act.
כַּתְבָן	רְכִיבָא	חָפְרִין	חָפִיר	Act.
עַבְרָן	עַבְרָא	עָבְרִין	עֲבִיר	Act.
מִתְפַּרְעָן	מִתְעַסְקָא	מִתְכַּנְשִׁין	מִתְפְּרַע	Paſſ.
מִשְׁתַּמְעָן	מִזְדַּרְעָא	מִטַּמְרִין	מִשְׁתָּאִיל	Paſſ.

Hic notabis primo,tertiã huius participij perſonam

 per

per pronomina ad ſecundam & primam trahi perſo-
ſonas: ut אֲנָא מְסַר Ego trado: 1.Regum 23. שָׁאִיל א
אֲנָא Peto ego: Iudicum 8. אַתְּ שְׁמַע Tu audis: 1.Re-
gum 24. אַתְּ עָבִיר Tu facis: Ezech. 11. אֲנַחְנָא עָלִין nos
ingredimur: Ioſue 2. Item alio modo: הֲוֵיתִי חָפִיר Fui
fodiens: Iſa. 37.\ הֲוֵינָא שָׁרַן fuimus manentes: הֲוֵיתוֹן
אַנְסִין fuiſtis iniuriantes. Item עֲתִירְנָא Futurus ſum
ego: Iſaiæ 52. רַעֲיְנָא Volo ego: Ezech. 18. De quo eti
am ſupra fecimus mentionem. Inuenitur etiam in fœ-
minino genere צָבִירָא colligens: Ruth 2.

Secundo notandum, quod participium ſeu beno-
ni paſſiuum, aliquando loco mem retinet literã aleph:
ut אִתְקְטִיעִין abſciſi: Eccleſ. 8. אִתְגַּרְרִין corroſi: in pſal.
Sic in fœmi. אִשְׁתַּבְּחָן Laudatæ: Pſal. 78. Et אִטַּמְּרָא
idem quod נִסְתָּרָה abſcondita: Iob 28. Inuenitur eti-
am מִיטַּמַּר abſconditus, &c.

DE PARTICIPIO PRAETERITO KAL
quod paul uocant.

HOcquoqꝫ participium in ſingulari maſculino nõ
differt à duabus poſterioribus formis præteriti
perfecti. Nam ut in præterito dico בְּחִיר elegit, מְסִיר
tradidit, שְׁבִיק dereliquit, חֲתִים clauſit: ita hic ſub
eiſdẽ formis dico, electus, traditus, derelictus, clauſus:
ut non ſit diſcrimen aliquod inter tertiam perſo. ſing.
præt. & itẽ eandẽ perſonã Benoni & Paul. In reliquis
uero multũ differunt, ut ex ſubiecta formula patet.

Formula

FORMVLA PAVL HAKAL:

Pluralis fœm.	Singularis fœm.	Pluralis maſc.	Singularis maſc.	Nomina coniugat.
רְחִיקָן	בְּחִירָא	כְּתִיבִין	לְבִישׁ	Act.
טְמִירַן	שְׁבִיקָא	טְמִירִין	שְׁפִיךְ	Act.
פְּתִיחַן	רְעִיעָא	חֲשִׁיבִין	פְּתִיחַ	Act.

Primo ſciendum, quod in paſſiua uoce non inuenitur ſpeciale paul, ſicut nec apud Hebræos, quũ hoc unum pro utraq; ſatisfaciat coniugatione.

Secundo notandum, quod hoc uerbum חרב in Chaldaiſmo plerunq; habet hanc formam in paul: חֲרוּב deſolatus: & in fœm. gen. חֲרוּבַת deuaſtata: Ier. 4.

Tertio, fœminina in utroq; numero non raro deſinunt in תָא ſyllabam, iuxta formam nominum adiectiuorum: ut בְּחִירְתָּא electa: Canticorum 8. אֲרוּרְתָא maledicta. Sic קִרְוַיָא שְׁבִיקָתָא Ciuitates derelictæ: Eze. 36. Et ſine aleph שְׁלִימַת perfecta, &c.

Inuenitur etiam plurale maſ. ſub his formis: טְמִירַן cuſtoditi: מַכִּיכִין humiliati, סַדִירִין ordinati: &c.

DE IMPERATIVO KAL

uerborum perfectorum.

HAbet imperatiuus unam duntaxat in utroq; numero perſonã, uidelicet ſecund. maſ. & fœm. gen. Maſcul. ſingular. aliquando non differt à tertia ſingulari præteriti perfecti: ut שְׁלַח mitte, פְּתַח aperi, קְרַב appropinqua, שְׁאִיל pete, &c.

pluralis.

Pluralis fœminina.	*Singularis fœminina.*	*Pluralis maſculina.*	*Singularis maſculina.*	*Nomina cõiugat.*
לְבוּשְׁנָא	לְבוּשִׁי	שְׁבוּקוּ	שְׁבוּק	Act.
שְׁמַעְנָא	שְׁמַעִי	קְרִיבוּ	מְלוֹךְ	Act.
אֲמַרְנָא	עִיבִירִי	אֲמַרוּ	אִימַר	Act.
שְׁבִיקְנָא	שְׁבִיקִי	עֲרָקוּ	פְּתַח	Act.
אִתְקְרַבְנָא	אִשְׁתְּמַעִי	אִיתְקָרְבוּ	אִתְקְרַב	Paſſ.
אִזְרְקוּפְנָא	אִיזְדְרַזִי	אִזְרְקוּפוּ	אִיזְדְרַזוּ	Paſſ.

Notandum primo quod à כתב ſemper inuenitur כְּתֹב ſcribe : & שְׁדַר habet in imperatiuo שַׁדַר mitte, & עבר aliquando habet עִיבַר fac,& aliquando עֲבִיר In plurali quoq; multæ inueniuntur formæ: una eſt ſi cut in Hebræo,ut סִדְרוּ ordinate: alia,talis: שְׁמַעוּ au dite:idem שְׁמַעוּן Prouerb.5. & שְׁמַעִין Prouerb. 7. Tertio huiuſmodi inuenitur, זְרִיזוּ accingite, קְרִיבוּ appropinquate. Item עְרוּקוּ fugite.

Secundo hic meminiſſe oportet & in omnibus paſſi uis cõiugationibus,eorum quæ ſupra ſcripſimus in an notationibus præteriti paſſiui,nempe quod Tau paſ ſiua litera aliquãdo in aliam commutatur, & aliquan do per dages in prima radicali ſignat̃,præſertim ſi ini tialis illa litera fuerit una ex בַּרְטַת uel eis ſimilibus: imò inueni & aliјs literis id contingere: ut Prouerb.30. מִנַּטְלִין pro מִתְנַטְלִין eleuati, ſurrecti : & in ſecundo Thargum Eſter אִכְּתִיב pro אִתְכְּתִיב ſcriptum eſt,&c. Hinc eſt quod Chriſtus ſeruator noſter Marci 7.dice bat

Nota de Epheta. bat ad ſurdum illum & mutum hominem Chaldaice אֶפְּתַח Epphetah,qd' eſt, adaperire, apertus eſto, pro אִתְפְּתַח & non Hebraice תִפָּתַח Hippatheah. Nam omnia exemplaria, tam Græca quàm Latina conſtanter habēt effeta uel epheta,quod Chaldaicæ uoci longe ſimilius eſt quàm Hebraicæ. Dicendum quidem Chriſto erat integre אִתְפְּתַח uel אִתְפְּתַח (indifferētes enim ſunt æth & ith in Chaldaiſmo,ut אֶתְקַדַּשׁ ſanctificabor,idem אִיתְקַדַּשׁ) uerum frequētior modus eſt Tau literam in dages relegare, dum priorū literarum una initialis fuerit. Non credis lector, quantum negocij hæc dictio mihi fecerit iam ab octo annis uſque in iſtam horam. Videbam ſanè eam Hebraicam non eſſe,ſaltem in hoc loquendi modo,nec tantum in Chaldaiſmo promoueram,ut hanc paſſiuorum uerborum liceret dignoſcere uarietatem.

DE INFINITIVO KAL uerborum perfectorum.

INfinitiuus kal in actiua uoce & prima coniugatione,conſtituitur per literam mem, à fronte uerbo adiectam:& in paſſiua uoce per aleph à calce adiectam: recipitq́ꝫ tantum tres literas bachlam,uidelicet beth & lamed frequenter,caph rariſſime, mem uero nūquam ſine lamed. Nec inuenitur unquam purus infinitiuus ſine alio adiecto uerbo: ut מִמְסַר תִּמְסַר Tradendo trades: Iud.11. מִשְׁמַע שְׁמַע audiendo audiuit:1.reg.23.

Et in paſſ. אִתְקְטָלָא יִתְקְטַל occidẽdo occidet̃: 1. reg. 14.

FORMVLA INFINITIVI.

Act.	מְעַבַּר	לְמִיחְסַר	בְּמֶעְבַּר	בְּמֵעֲרַס
Act.	מִשְׁאַל	לְמִרְרַת	בְּמִימְסַר	בְּמִישְׁלַם
Paſſ.	אִתְבְּזָזָא	לְאִתְמַסְרָא	בְּאִתְכַּנְשָׁא	בְּאִתְרְגָמָא
Paſſ.	אִסְתַּלְקָא	לְאִשְׁתְּמָרָא	בְּאִשְׁתְּאָלָא	בְּאִתְרְבָא

Verbum אִתְפְּרַע uindicari, ſolum inueni carere aleph in infinitiuo. Notabis præterea q; inuenitur & alia infinitiui forma, deſinẽs ſcilicet in ות ut לְפוּם אִסְתַּלָּקוּת עֲנָנָא Dum tolleret̃ nubes: Num. 9. Et ibidẽ בְּאוֹרַכוּת עֲנָנָא עַל מַשְׁכְּנָא Dum tardaret nubes ſuper tabernaculum. Et Eſter 1. בְּמַלָּלוּתְהוֹן In loquendo eos. Item בְּ בְּקַטְלוּתְהוֹן Cum occiderent eos: & ſic de multis alijs exemplis, quæ paſſim in Chaldaiſmo occurrunt.

Mihi tamen uidet̃ ea potius nomina eſſe abſtracta, & non infinitiuos: & tunc ſic ueniunt reddenda priora exempla: Iuxta ablationẽ nubis. Et, In tardatione nubis ſuper tabernaculum: Iuxta occiſionem eorum, &c.

Secundo notandũ, q; infinitiuus quãdo recipit mem bachlam, ſemper habet cum eo literam lamed, reddendusq; uenit negatiue: ut Leui. 26. אִם לָא תְקַבְּלוּן לְמֵימְרִי. אֶתֵּן יַת שְׁמַיָּא תַּקִּיפִין כְּפַרְזְלָא מִלְּאַחָתָא מִטְרָא וְאַרְעָא תַּקִּיפָא כִּנְחָשָׁא מִלְּמֶעְבַּד פֵּירִין Hoc eſt: Si nõ obedieritis uerbo meo, dabo cœlos duros ut ferrum, ne demittant pluuiam: & terrã ſolidam ut æs, ne faciat fructus. Vbi duos negatiuos habes infinitiuos, primus nempe

מְלַאֲחָתָא eſt hiphil à נְחַת deſcendit,&c. Aliud exem plum תַּזְהַר יַתְהוֹן מִלְמֶחֱטֵי קֳדָמָי Monebis eos ne peccent coram me: Eze.33. Habes etiam Iſa.33. duo uel tria exempla. Sed hæc quæ adduximus ſufficiant.

DE FVTVRO KAL uerborum primi ordinis.

FVturum actiuæ uocis eandem quam infinitiuus, habet formationẽ, niſi quod à frõte recipit literas איתן hoc eſt, ſemper habet unam ex his tribus formis אֶשְׁכּוֹב dormiam, אֶבְחַר eligam, אֶרְחַם miſerebor. Vnde Prouerb.3. inuenies in uno & eodem paſuc ת תִּשְׁכַּב & תִּשְׁכּוֹב dormies. Nota etiam quod literæ æthan in hac coniugatione & ſua paſſiua uoce ſemper punctantur cum hirec, præter aleph, quod habet hirec uel ſægol: ut אִתְּבַר & אֶתְּבַר frangã: אִקְטִיל & אֶקְטוֹל occidam, &c.

FORMVLA FVTVRI KAL uerborum primi ordinis.

2. Perſona plur. com.	1. Perſona plur. com.	3. Perſona ſing. maſc.	2. Perſona ſing. maſc.	1. Perſona ſing. com.	
תִּרְחֲלוּן	נִיפְלַח	יִמְסַר	תִּשְׁמַע	אִתְּבַר	Act.
תִּשְׁבְּקוּן	נִרְכּוֹב	יִמְלוֹךְ	תִּשְׁכּוֹב	אֶרְחוֹט	Act.
תְּעַבְרוּן	נַעְבִיר	יַעְבִיר	תִּקְטִיל	אִקְטִיל	Act.
תִּקְטְלוּן	נִתְבַּע	יִשְׁמַע	תִּתְקַף	אִתְּבַר	Act.
תִּתְפָּרְקוּן	נִתְקְטִיל	יִתְקְטִיל	תִּתְבְּסַר	אִתְמְסַר	Paſſ.
תִּצְטַרְכוּן	נִתְּבַר	יִשְׁתְּמַע	תִּטָּמַר	אִשְׁתְּאִיל	Paſſ.

 Tertia perſo

3. Perſona plur. fœm.	2. Perſona plur. fœm.	3 Perſona ſing. fœm.	2. Perſona ſing. fœm.	3. Perſona plur. maſ.	Nomina cõiugat.
יתקפן	תשבחון	תסבע	תקטרין	ימלחון	Act.
יחרבן	תמררון	תקטיל	תבנשין	יתקעון	Act.
ימסרן	תשבקון	תשבוב	תסמרין	יעברון	Act.
ישמען	תשמעון	תשמע	תקטלין	ימסרון	Act.
יתבנשן	תתקטלון	תתמסר	תתבעין	יתמסרון	Paſſ.
ישתמען	תזדרעון	תצטבך	תשתמעין	ישתניקון	Paſſ.

Notandum primo: Quando prima radicalis litera eſt gutturalis, puncta nõnihil uariant à communi forma: ut אעביר faciam, תעבר facies, יערוק fugiet, יעיבר tranſibit, נערוק fugiemus, תעירקון & תערקון fugietis, יערעון occurrent, יעירקון fugient, &c. Secundo aduertendum quod prima perſona ſing. paſſiua prorſus non differt in punctis à tertia perſona ſingul. maſcul. præteriti perfecti, præſertim quando augmẽtum את à fronte habet hirec: ut אתמסר traditus eſt, & tradar: איתקדש ſanctificatus eſt & ſanctificabor. Tertio ſciendum, quod tranſlatores aliqui Chaldaici, præſertim is qui Salomonis prouerbia Thargumiſſauit, plerunq; loco iod æthan utuntur litera nun: ut נ נמליל loquetur: Prouerb. 18. נתפסיק exterminabit: cap. 10. נינטרן cuſtodient mulieres: נשבקונך deſerent te: Prouerb. 3. Et ſic de alijs multis. Quarto notabis, quod tertia pluralis fœminina aliquando à fronte habet Tau æthan, & aliquando iod, frequentius tamẽ iod

iod: ut תְּסַמֹּרְן accingēt: Pſal. 65. Et in paſſiuo תִּתְמַסְקָן muteſcant: Pſal. 31. &c. Hæc de prima coniugatione dicta ſufficiant.

CONIVGATIO SECVNDA quam piel uocant, uerborū primi ord.

SEcundam coniugationem uocamus Hebraico nomine piel, quæ Chal. paël uel pail uocari poſſet: & habet mediā radicalem literam ſemper dageſſatam, niſi quum Res uel gutturales fuerint ainpoal, tunc em̄ præcedit eas kamez uel alia uox magna loco puncti dages: ut צֵרִית purgauit, זֵרִיז accinxit: de quo paulo poſt fuſius ſcribam. Cæterū quantum attinet ad ſignificandi modum, notabis ꝙ uerba quæ in kal ſunt neutra, in hac cōiugat. fiunt tranſitiua. Exempla: In prima coniugatione dicitur וּסְלִיק מֹשֶׁה לְטוּרָא דְסִינָי Et aſcendit Moſes in montē Sinai: Exo. 34. Et in hac coniugatione אֲסַלֵּק שְׁכִינְתִּי מִבֵּינָךְ Auferam ſeu ſuſtollam diuinitatem meam de medio tui: Exo. 33. Sic זְבַן in prima cōiugatione ſignificat emere, & זַבֵּן in iſta, uendere. Inuenitur tamen יַבִּישׁ Ioëlis 1. pro areſcere in neutro genere: & Nahum 1. pro exiccare in actiua ſignificatione. Sic קַבִּיל obediuit, מַלִּיל loquutus eſt, הַלִּיךְ abijt, & alia multa uerba huius coniugationis licet inuenire, quæ abſolutam habent ſignificationem. Sed ſubiungamus nunc formulam cōiugandi præteritum perfectum.

FORMA PRAETERITI PIEL.

2. Pluralis Maſcul.	3. Pluralis Commu.	1. Singularis Commu.	2. Singularis Maſcu.	3. Singu. Maſcul.	
תקיפתון	פליגו	קדישית	גדיפתא	קדיש	Act.
מללתון	חליבו	מלילית	מללתא	קבל	Act.
דברתון	שבחו	דברית	דברתא	שבח	Act.
אתקדשתון	אתכברו	אתפסירית	אתחבלתא	אתקדש	Paſſ.
אשתבחתון	אורבנו	אידברות	אידברתא	אתחלת	Paſſ.

2. Pluralis Fœminina.	2. Singularis Fœminina.	3. Singula. Fœminina.	1. Pluralis Commu.	
פסירתין	חבילת	זמינת	כדיבנא	Act.
גדיפתין	מלילת	חבילת	קבלנא	Act.
שבחתין	סברת	סברת	שבחנא	Act.
אתחברתין	אתחברת	אתבדרא	אתבדרנא	Paſſ.
אדברתין	אשתבחת	אדברת	אידברנא	Paſſ.

Notandum primo, quādo ultima radicalis eſt gutturalis uel Res litera, ſecunda ſyllaba non terminatur in iod hirec uel zere, ſed in patha: ut סבר ſuſtinuit, חבר compoſuit, שבח laudauit, &c. Secundo ſciendum, quod ea quæ ſupra in kal notauimus de ſecunda præteriti perſona, hic quoq; habent locum: ut את חכימת Tu noſti, o domine: Pſal. 40. & Prouer. 9. Et in prima perſona שבחת laudaui, zere pro Iod hirec: Daniel. 4. Inuenitur etiam in prima plurali סבירנא ſperauimus: Pſal. 33. Notandum præterea tria eſſe in hac coniugatiōe uerba, quæ loco kamez inueniunt́ habere perpetuo

petuo uocem magnã: nempe שֵׁיזֵיב ſaluauit, סוֹבַר ſperauit, ſuſtinuit (quod tamen aliquando abiecto Vau recipit dages) & חֵימִין credidit. Inuenitur quoq; אוֹחַר tardauit. Quæ hoc modo coniugabis in præt. actiuo.

שֵׁיזֵיב שֵׁיזַבְתָּא שֵׁיזְבִית שֵׁיזְבוּ שֵׁיזַבְתּוּן נָא

סוֹבַר אוֹחַרְתָּא אוֹחָרִית סוֹבָרוּ סוֹבַרְתּוּן נָא

חֵימִין חֵימַנְתָּא חֵימְנִית חֵימְנוּ הֵימַנְתּוּן נָא

In paſſiuo.

אִשְׁתֵּיזֵיב אִשְׁתֵּיזַבְתָּא אִשְׁתֵּיזְבִית אִשְׁתֵּיזִיבוּ תּוּן נָא

Quando autẽ media radicalis eſt Res uel una ex gutturalibus, dages abſcõditur in uoce magna, nempe in kamez uel zere poſito ſub pepoal: ut מָרַע ægrotauit: Eze. 37. בָּרֵיךְ benedixit, סָרַב renuit, סָאֵיב ꝓphanauit.

PARTICIPIVM PRAESENS.

Pluralis fœminina.	Singularis fœminina.	Pluralis maſculina.	Singularis maſculina.	
מְמַלְלָן	מְמַלְלָא	מְמַלְלִין	מְקַבֵּיל	Act.
מְהַלְכָן	מְהַלְכָא	מְשַׁלְחִין	מְהַלֵּיךְ	Act.
מְכַדְּרָן	מְצַוְּחָא	מְגַבְּרִין	מְכַדַּר	Act.
מְשֵׁיזְבָן	מְשֵׁיזְבָא	מְשֵׁיזְבִין	מְשֵׁיזֵיב	Act.
מְאוֹחֲרָן	מְסוֹבְרָא	מְאוֹחֲרִין	מְסוֹבַר	Act.
מְהֵימְנָן	מְהֵימְנָא	מְהֵימְנִין	מְהֵימִין	Act.
מְחַרְשָׁן	מְבָרְכָא	מְצָרְפִין	מְמָרַע	Act.
מִתְכַּוְּנָן	מִתְעַסְּקָא	מִתְקַבְּלִין	מִתְקַבֵּל	Paſſ.
מִשְׁתַּבְּחָן	מִתְחַבְּרָא	מִתְכַּבְּרִין	מִשְׁתַּבַּח	Paſſ.
מִשְׁתֵּיזְבָן	מִשְׁתֵּיזְבָא	מִשְׁתֵּיזְבִין	מִשְׁתֵּיזֵיב	Paſſ.

Inuenitur

Inuenitur etiam in actiua uoce סוֹבְרִין ſperantes,& רַבְּרִין offerentes: & in paſſiua uoce אִשְׁתַּבְּחַן laudate ſeu commendate: Pſal. 78. Eſt etiam aliud uerbum huius ordinis & coniugationis,nempe שְׁלַח fatigatus eſt,quod ſic format benoni מְשַׁלְחַי feſſus: Iſa. 29. מ מְשַׁלְחַיָא feſſa: Ier. 31. Plur. מְשַׁלְחִין & מְשַׁלְחַן Iud. 8.

DE PARTICIPIO PRAE-terito ſiue paul,ut Hebr.uocant.

PArticipium præteritum ſiue paul ferè nullum diſcrimen habet à participio præſenti, ut plerunque non niſi ex ſenſu ipſo unum ab alio diſcerni poſſit: ut מְבַרְכָא אַרְעָא Benedicta terra: Deut. 33. קְבוּרַן מְתַקְנַן Sepulchra parata: Iob 17. מְכַפְּתִין Ligati: Danielis 3. עַמָּא מְבַדַּר וּמִתְפְּרַשׁ Populus diſperſus & diſſipatus: Eſter 3. Idem uerbum habes Amos 5. in Benoni: ut מְבַדַּר ſpargens. Sic מְשֵׁיזֵיב ſaluans: Eccleſ. 9. & ſaluatus: Num. 21. Item מְשַׁבַּח idem quod מְהֻלָּל Hebraice, laudabilis, laudatus: Pſal. 113. Ne tamen in dubium ſenſum hoc participium accipi poſſit, adijcitur ei plerunque uerbum fuit, dum pro paul ſeruit: ut קְבוּרְתָּא ה הֲוַת מְזַמְּנָא Sepulchrum fuit paratum: Eccleſ. 6.

Vtuntur etiam aliquando pro eo participio præſenti paſſiuæ uocis: ut מְמַנַּן & מִתְמַנַּן cõſtituti: Eſter 9. Sic מְכַסְיָא per abſconſionem Tau in Caph, pro מְכַסְיָא operta, uelata. Et מִזְדַּבַּן uendibilis, uenditus: Gen. 42. His præmiſſis, ſubijciamus nunc formulam.

Forma

FORMA HAPAVL IN PIEL.

Pluralis fœminina.	Singularis fœminina.	Pluralis maſculina.	Singularis maſculina.	
מְבַדְּרָן	מְשַׁגְּרָא	מְבַדְּרִין	מְתַקַּן	Act.
מְגַלְּהַן	מְסַגְּפָא	מְבַזְּעִין	מְטַלַּל	Act.
מְסַאֲבַן	מְתָרְבָא	מְבָרְבִין	מְסָאַב	Act.
מְשֵׁיזְבַן	מְשֵׁיזְבָא	מְשֵׁיזְבִין	מְשֵׁיזֵב	Act.

Habet etiã aliquãdo mem ſcheua pro hirec: ut מְזַמְּנִין parati,in Thar.Hieroſol. Sic מְטַרְפָא רוּחֵיהּ Cõturbatus ſpiritus eius: Gen.41. Et סוּסְיָא מְתַקַּן Equus paratus: Prouer.21. Item Eze.18. indifferenter inueniť אוֹרְחַת מְפַרְשַׁן & אוֹרְחַת מַפְרְשַׁן uiæ tritæ & complanatæ. Sic Pſal. 34. אִיבְּרָא מַתְבְּרָא membrum confractum.

DE IMPERATIVO PIEL.

IMpatiuus in maſ.gen.nõ habet diſcrimẽ aliquod à præterito : in fœmin.autem dignoſci poteſt à finali terminatione, id quod ſubiecta manifeſtat tabella.

Pluralis fœminina.	Singularis fœminina.	Pluralis maſculina.	Singularis maſculina.	
קַבִּלְנָא	קַבִּילִי	פַּקִּירוּ	מַלִּיל	Act.
שַׁלַּחְנָא	שַׁבַּחִי	שַׁלְּחוּ	שַׁדַּר	Act.
שֵׁיזֵבְנָא	שֵׁיזֵבִי	שֵׁיזֵבוּ	שֵׁיזֵב	Act.
סוֹבַרְנָא	חַיְמִינִי	סוֹבָרוּ	חַיְמִין	Act.
אִתְפַּקַּרְנָא	אִתְחַבְּלִי	אִתְחַכְּמוּ	אִתְחַבִּיל	Paſſ.
אִשְׁתֵּיזֵבְנָא	אִתְמַרְעִי	אִשְׁתֵּיזְבוּ	אִתְמְרַע	Paſſ.

Inuenitur etiam ſæpe רַבָּרוּ accipite, & quieſcente da-

ges in kamez, דַּבָּרוּ cuius ſingulare eſt דַּבַּר duc, &c.

DE INFINITIVO PIEL.

HIc infinitiuus à fronte nullũ habet augmentum, ſed tantum à calce recipit literam aleph, ſiue habeat literas bachlam ſiue non: Exempla.

בְּשַׁבָּחָא	לְמַלָּלָא	שַׁלָּחָא	Act.
בְּחַסָּרָא	לְקַבָּלָא	רַחָמָא	Act.
בְּסוֹבָרָא	לְשֵׁיזָבָא	שֵׁיזְבָא	Act.
בְּהֵימָנָא	לְבָרָכָא	תָּרָכָא	Act.
בְּאִתְחַבָּלָא	לְאִשְׁתֵּיזָבָא	אִתְרָכָא	Paſſ.

Caret etiam aliquãdo hic modus paragoge aleph, ut שַׁלַּח mittendo: & in paſſiuo, לְאִשְׁתַּמַּר ut cuſtodiať, &c.

DE FVTVRO PIEL.

FVturum formatur ſola additione literarum איתן ad præteritũ, niſi ꝙ in paſſ. tau antecedit pepoal.

FORMVLA FVTVRI PIEL.

2. Perſona plur. maſ.	1. Perſona plur. com.	3. Perſona ſing. maſ.	2. Perſona ſing. maſ.	1. Perſona ſing. com.	
תְּקַבְּלוּן	נְמַשֵּׁשׁ	יְמַלֵּל	תְּקַבֵּל	אֲמַלֵּל	Act.
תְּהֵימְנוּן	נְהֵימִין	יְתָרֵיךְ	תְּהֵימִין	אִיבַּטֵּל	Act.
תְּטָרְפוּן	נְכוֹבַר	יְקָרֵב	תְּטָרֵת	אֲזוֹבַר	Act.
תְּבַדְּרוּן	נְשַׁבַּח	יְרַבֵּת	תְּדַבַּר	אֲבַדַּר	Act.
תְּשֵׁיזְבוּן	נְשֵׁיזֵיב	יְסוֹבַר	תְּשֵׁיזֵב	אֲשֵׁיזֵב	Act.
תִּתְחַבְּלוּן	נִתְקַדַּשׁ	יִתְמַלַּל	תִּתְחַבַּל	אִתְמַלַּל	Paſſ.
תִּתְפַּלְּגוּן	נִתְקַדַּשׁ	יִתְפַּלַּג	תִּתְקַדַּשׁ	אִתְקַדִּישׁ	Paſſ.
תִּצְטָרְכוּן	נִזְרַבֵּן	יִשְׁתֵּיזַב	תִּשְׁתַּבַּח	אִישְׁתֵּיזַב	Paſſ.

3. perſona

3. Perſona plur. fœm.	2. Perſona plur. fœm.	3. Perſona ſing. fœm.	2. Perſona ſing. fœm.	3. Perſona plur. maſ.	
יְמַלְּלָן	תְּקַבְּלָן	תְּקַבֵּל	תְּמַלְּלִין	יְגַמְּרוּן	Act.
יְבָרְכָן	תְּהֵימְנָן	תְּהֵימִין	תְּהֵימְנִין	יְתָרְכוּן	Act,
יְבַדְּרָן	תְּרַדְּפָן	תְּרַבַּר	תְּבַדְּרִין	יְרַדְּפוּן	Act.
יְסוֹבְרָן	תְּסוֹבְרָן	תְּסוֹבַר	תְּסוֹבְרִין	יְהֵימְנוּן	Act.
יְשַׁבְּחָן	תְּרַבְּרָן	תְּשַׁבַּח	תְּשַׁבְּחִין	יְסוֹבְרוּן	Act.
יִתְקַבְּלָן	תִּתְחַבְּלָן	תִּתְקַבַּל	תִּתְקַרְשִׁין	יִתְקַבְּלוּן	Paſſ.
יְזוֹרְבְנָן	תְּזוֹרְבְנָן	תְּזוֹרְבַן	תְּזוֹרַבְנִין	יְזוֹרַבְנוּן	Paſſ.
יִשְׁתֵּזְבָן	תִּבָּטְלָן	תִּשְׁתֵּיזֵב	תִּבַּטִּילִין	יִשְׁתֵּזְבוּן	Paſſ.

Inuenitur etiam ſæpe ſub aleph in actiua uoce hirec uel zere, ut אִתְקֵן firmabo, אִיבַּר accipiam, אֵבַדֵּר diſperdam, אֵיסוֹבַר ſuſtentabo, &c.

DE HIPHIL TERTIA CONiugatione uerborum perfectorum.

QVando Chaldæi facere uolunt uerbum Hiphil, præponunt radici Kal literam Aleph pathah ſignatam, in hunc modum: à תְּקִיף fortis fuit, dices אַתְקִיף fortificauit, אַחֲרִיב deſolauit: & quando ultima eſt gutturalis uel Res, אַצְמַח produxit, fecit germinare, אַשְׁאַר reliquit, reſiduum fecit, אַצְנַע & אַצְנִיעַ repoſuit. In Daniele tamen & Ezra inuenitur plerunque augmentum He, more Hebræorum, loco aleph: ut הַשְׁפֵּל humiliauit: Daniel. quinto. Sic הַנְפֵּק eduxit: Ezræ quinto.

Sunt autem uerba huius coniugationis plerunq; tran ſitiua ,præſertimſi à kal deriuentur, ſicut & uerba piel. Et ſæpe contingit idem uerbum in piel & hiphil tranſi tiuum inueniri:ut קַדִּישׁ conſecrauit,& אַקְדִּישׁ ſancti ficauit: Pſal.26. Sic אַדְבַּר & דַּבַּר duxit: Amos. 2. Cæterum paſſiuum huius non differre uidetur à paſſi uo kal: ut ab אַשְׁכַּח inuenit,perpetuo inuenit אִשְׁתְּכַח inuentus eſt: Eſter 2. Sic ab אַצְנִיעַ repoſuit, אִצְּטְנַע repoſitus eſt: Eccleſ. 9. Solū in Daniele inueni הָתְקְנַת paratus ſum: capite 4.Et הֻנְחַת depoſitus eſt: capit. 5. more Hebraico. Inueni quoq; unum ex perfectorum uerborū numero,némpe חֲסַךְ quod in Hiphil abijcit ſeu commutat literam he in aleph: ut אַסְבְּתָא pro א אַחֲסַבְתָּא uerſaſti: Pſal. 41. Poſſet tamen iuxta formā aliorum ordinum proprium hic formari Hophal, in hunc modum: אִתַּתְקִית apprehenſus eſt, אִתַּתְקִינְתָּא paratus fuiſti, אִתַּסְהִידִית teſtimonio conuictus ſum, אִתַּרְבִּיקוּ applicati ſunt.&c.

FORMA PRAETERITI perfecti Hiphil.

2. Perſona plur.maſ.	3. Perſona plur.com.	1. Perſona ſing.com.	2. Perſona ſing.maſ.	3. Perſona ſing.maſ.	
אַרְחִיקְתּוּן	אַרְבִּיקוּ	אַסְהִידִית	אַתְקֵינְתָּא	אַתְקִית	Act.
אַעְבַּרְתּוּן	אַשְׁבְּחוּ	אַשְׁמָעִית	אַעֲבַרְתָּא	אַמְטַר	Act.
אַחֲסִינְתּוּן	אַחְסִינוּ	אַמְאִיבִית	אַחֲרִיבְתָּא	אַחֲרִיב	Act.
אִתְרְלִיקְתּוּן	אִשְׁתַּבְּחוּ	אִשְׁתְּאַרִית	אִתְלְבִישְׁתָּא	אִשְׁתְּכַח	Paſſ.

2.perſona

2. Perſona plur.fœm.	2. perſona ſing.fœm.	3. Perſona ſing.fœm.	1. Perſona plur.com.	
אַסְעַרְתִּין	אַתְקַנְתְּ	אַלְבִּישַׁת	אַתְקֵינְנָא	Act.
אַסְחִירְתִּין	אַסְעַרְתְּ	אַרְגֵּזַת	אַשְׁאַרְנָא	Act.
אַעֲבַרְתִּין	אַחֲזַרְתְּ	אַחֲרִיבַת	אַחֲזַרְנָא	Act.
אִשְׁתַּבַּחְתִּין	אִשְׁתַּאַרְתְּ	אִשְׁתַּבְּחַתָא	אִשְׁתַּאַרְנָא	Paſſ.

Inuenitur etiam אַלְבִּישַׁת pro אַלְבִּישְׁתָּא induiſti,de quo ſupra in kal mentionem fecimus.

DE PARTICIPIO PRAE- ſenti Hiphil.

NOn differt hoc participium â Benoni illo quod Hebr.in Hiphil habent, niſi quando ultima eſt gutturalis,uel formam gutturalium ſeruans.

Exempla.

Plurale fœmininū.	Singulare fœmininū.	Plurale maſculinū.	Singulare maſculinū.	
מַרְחִיקָן	מַלְבִּישָׁא	מַתְקִינִין	מַדְלִיק	Act.
מַסְעֲרָן	מַשְׁבְּחָא	מַרְגְּזִין	מַצְלַח	Act.

Participium paſſiuum plerunq; idem eſt cum paſſiuo kal:ut מִתְלְבִישׁ indutus. Inuenit' etiā in propria forma ſic: מַיָּא מִתְאַשְׁרִין Aquæ effuſæ: 2. Regum 14.

DE PARTICIPIO PRAETERITO.

PAruum admodum diſcrimen eſt, ſi modo ullum eſt, inter paul huius coniugationis, & paul ipſius piel, id quod ex ſequentibus exemplis aduerti poteſt: Nam ab אַתְקִין parauit,fit מְתַקַּין paratus:& in piel à

תַּקֵּין direxit, dicimus מְתַקַּן directus. Sic ab אַרְחִיק remouit, formabis paul מְרַחַק abiectus. Item ab א אַנְצִיב plantauit, inuenitur מְנַצְבָא plantata: Iere.4. Non igitur aliud uidetur eſſe inter hæc duo peulim diſcrimen, quàm quod in piel, ſecundum exigentiam illius coniugationis, dages poni conſueuit.

DE IMPERATIVO HIPHIL.

IMperatiuus iſte à præterito perfecto prorſus in nullo differt, ſaltem in ſingulari maſculino.

Plurale fœmininũ.	Singulare fœmininũ.	Plurale maſculinũ.	Singulare maſculinũ.	
אַתְקַפְנָא	אַתְקִינִי	אַרְכִּינוּ	אַתְקִין	Act.
אִתְרְגַזְנָא	אִתְרְלִיקִי	אִתְלְבִישׁוּ	אִשְׁתְּבַח	Paſſ.

DE INFINITIVO HIPHIL.

INfinitiuus quoq; non differt à præterito, niſi quod à calce ſemper habet paragogen aleph: ut

בְּאַשְׁמָעָא	לְאַהֲרָא	אַסְחָרָא	Act.
בְּאַקְטָרָא	לְאַשְׁבָּחָא	אַבְרָעָא	Act.

DE FVTVRO HIPHIL.

FVturi prima perſona ſingularis non differt à tertia perſona ſingulari præteriti: ut אַקְדִּישׁ ſanctificauit & ſanctificabo. Cæteræ uero perſonæ recipiunt loco aleph reliquas æthan literas.

Futurum Hophal nõ differt à futuro kal uel piel, ideo neglexim us hic de ipſo adijcere exempla.

Forma

FORMA FVTVRI HIPHIL.

2. Perſona plur. maſc.	1. Perſona plur.com.	3. Perſona ſing.maſc.	2. Perſona ſing.maſ.	1. Perſona ſing.com.	
תַּרְחִיקוּן	נַסְחִיר	יַתְקִין	תַּרְחִיס	אַרְבִּיס	Act.
תַּמְטִירוּן	נַצְלַח	יַצְבַּע	תַּשְׁפַּח	אַשְׁמַע	Act.

3. Perſona plur.fœm	2. Perſona plur.fœm.	3. Perſona ſing.fœm.	2. Perſona ſing.fœm.	3. Perſona plur.maſc.	
יַרְחִיקָן	תַּלְבִּישָׁן	תַּתְקִין	תַּצְלִיחִי	יַקְרִישׁוּן	Act.
יַרְבִּיקָן	תַּצְבִּיעָן	תַּשְׁמַע	תַּשְׁמִיעִי	יַלְבִּישׁוּן	Act.

DE SECVNDO VERBORVM ORDINE, quorum ſcilicet prima litera radicalis eſt nun.

VErba huius 2. ordinis habẽt quoq; tres has coniug. kal, piel, & hiphil, tam & ſi rarius in piel inueniantur. In kal plerunque ſunt neutra, & in aliјs duabus cõiugat. tranſitiua: ut נְפַק egreſſus eſt: אַפֵּק eduxit, &c.

PRAETERITVM KAL ET PIEL.

2. Pluralis Maſcul.	3. Pluralis Commu.	1. Singularis Commu.	2. Singularis Maſcu.	3. Singu. Maſcul.	
נַחֲתּוּן	נַחֲתוּ	נַחֲתִית	נַחֲתְתָּא	נָחִית	Poal.
נְפַקְתּוּן	נְטַרוּ	נְטַלִית	נְטַרְתָּא	נְפַק	Poal.
נְצִיבְתּוּן	נְגִירוּ	נְסִיבִית	נְצִיבְתָּא	נְסִיב	Poal.
אִתְנַגַּרְתּוּן	אִתְנַצְּחוּ	אִתְנְגִיבִית	אִתְנְגַבְתָּא	אִתְנְצַח	niph.
נַבֵּלְתּוּן	נַגַּרוּ	נַסִּיבִית	נַפֵּסְתָּא	נַגַּר	Piel.
אִתְנַבַּלְתּוּן	אִתְנַגְּפוּ	אִתְנַסִּיבִית	אִתְנַגַּרְתָּא	אִתְנַגַּת	Pual.

2. perſona

2. Perſona plur. fœm.	2. Perſona ſing. fœm.	3. Perſona ſing. fœm.	1. Perſona plur. com.	
נחתתין	נחתת	נחתת	נחתנא	Poal.
נתבתין	נקשת	נפלת	נפלנא	Poal.
נגירתין	נציבת	נסיבת	נסיבנא	Poal.
אתנטרתין	אתנגרת	אתנצחת	אתנצחנא	Niph.
נגרתין	נפסת	נסיבת	נשיקנא	Piel.
אתנגפתין	אתנבלת	אתנשיקת	אתנסיבנא	Pual.

Inuenitur etiam in prima perſona ſingulari נחתית deſcendi:& hoc modo in ſecũda perſona poſſet quoq; dici נחתתא deſcendiſti,&c. Item in tertia plurali fœminini generis נפקא egreſſæ ſunt: Exod.15. de quo ſupra quoq; mentionem fecimus.

DE PARTICIPIO PRAESENTI.

PArticipium præſens huius ordinis nullum diſcrimen habet à Benoni uerborum perfectorum: ut

Plurale fœmininũ.	Singulare fœmininũ.	Plurale maſculinũ.	Singulare maſculinũ.	
נחתן	נחתא	נחתין	נחת	Act.
נגרן	נטירא	נסבין	נטיר	Act.
נפלן	נפקא	נטלין	נטיל	Act.
מתנטרן	מתנטלא	מתנגבין	מתנצח	Paſſ.
מנשקן	מנפסא	מנבלין	מנגת	Piel.
מתנשקן	מתנפסא	מתנבלין	מתנגת	Pual.

Inuenitur etiam מנטלין pro מתנטלין id eſt erecti: Prouerb.30. Tau ſcilicet in dages abſcondito.

Formula

FORMVLA PAVL.

Plurale fœmininũ.	Singulare fœmininũ.	Plurale maſculinũ.	Singulare maſculinũ.	
נְטִירַן	נְעִירָא	נְטִירִין	נָטִיר	Poal.
נְצִיבַן	נְסִיבָא	נְסִיבִין	נְצִיב	Poal.
מְנַטְּלָן	מְנַצְּבָא	מְנַטְּרִין	מְנַטַּר	Piel.

Proinde Eccleſiaſtis nono capit. inuenitur etiam נַטְרִין cuſtoditi, pro נְטִירִין &c.

DE IMPERATIVO.

HActenus huius ordinis uerba de ſua integritate nihil amiſerunt: in ſequentibus uero tribus modis nonnunquam defectum patiuntur in nun prima radicali, præſertim in coniugatione kal. Et quemadmodum uerba perfecta in imperatiuo & futuro aliquando deſinunt in patha, & aliquando in ſurec: ita quoque fit in his defectiuis uerbis: Exempla.

Pluralis fœm.	Singularis fœm.	Pluralis maſc.	Singularis maſc.	Nomina cõiugat.
טוּלְנָא	טוּלִי	פּוּקוּ	הוּת	Poal.
סַבְנָא	סְבִי	סְבוּ	טַר	Poal.
אִתְנַטַּרְנָא	אִתְנַסְבִי	אִתְנַטְלוּ	אִתְנְטַר	Niph.
נַגִּיפְנָא	נַשִּׁיקִי	נַגִּיפוּ	נַשִּׁיק	Piel.
אִתְנַגַּפְנָא	אִתְנַשְּׁקִי	אִתְנַגְּפוּ	אִתְנַטַּל	Pual.

A uerbo נְסִיב aliquando etiam dicitur in plurali maſ. סִיבוּ accipite: Exodi 5. & aliquando סוּבוּ Deut. 31.

DE INFINITVO.

IN hoc modo uerba aliquando integra ueniunt, ut לְמִנְפַּל ad cadendum : Eccleſ. 11. ſed frequentius cū defectu:ut מִיתַּן נִתַּן dando dabimus: Iud. 8. Et יִפּוֹק מִיפַּק Egredietur egrediendo : Iud. 11.

FORMVLA INFINITIVI.

Poal.	מֵיחַת	לְמֵיחַת	בְּמִיפַּל	בְּמִיטַּר
Poal.	מִיפַּק	לְמִינְצַב	בְּמִינְזַק	בְּמִיפַּל
Niph.	אִתְנַפְּקָא	לְאִתְנַסְּבָא	בְּאִתְנַטְּרָא	בְּאִתְנַפְּקָא
Piel.	נַגְּפָא	לְנַשָּׁקָא	בְּנַבְּלָא	בְּנַפָּסָא

In pual nullum inueni exemplum : poteſt tamen formari ad exemplar perfectorum.

DE FVTVRO.

FVturum in kal aliquando retinet literam nun, ut אֶנְטוֹר cuſtodiam: Pſal. 39. תִּנְדַּר uouebis : Eccleſ. 5. cap. ſed frequentius eam abijcit:ut אֶטּוֹר cuſtodiam: Pſal. 89. & תִּידַּר uouebis:etiam Eccleſ. 5.

FORMVLA FVTVRI.

	1. Perſona ſing.com.	2. Perſona ſing.maſ.	3. Perſona ſing.maſ.	1. Perſona plur.com.	2. Perſona plur.maſ.
Poal.	אֲהוּת	תֵּיחוּת	יֵיחוּת	נֵהוּת	תֵּחֲתוּן
Poal.	אֶיסַּק	תִּיטַּר	יִסַּב	נִיתַּן	תִּתְּנוּן
Poal.	אֶנְטוֹר	תִּנְדַּר	יִנְטַּר	נִנְטַּר	תִּנְטְלוּן
Niphal.	אֶתְנַטַּל	תִּתְנְטַר	יִתְנְסִיב	נִתְנְטַר	תִּתְנַסְבוּן
Piel.	אֲנַסִּיךְ	תְּנַבֵּל	יְנַגֵּת	נְנַגֵּת	תְּנַסְּבוּן
Pual.	אֶתְנַסִּיךְ	תִּתְנַבֵּל	יִתְנַגַּת	נִתְנַגַּת	תִּתְנַסְּבוּן

3. perſona

3. Perſona plur. fœm.	2. Perſona plur. fœm.	3. Perſona ſing. fœm.	2. Perſona ſing. fœm.	3. Perſona. plur. maſ.	
יַהֲתָן	תַּהֲתָן	תַּחוּת	תֵּיחֲתִין	יְחֲהוּן	Poal.
יִשְּׁרָן	תִּטְּלָן	תִּיסַּק	תִּיסְּקִין	יִשְּׁרוּן	Poal.
יִנְצְּפָן	תִּינְטְרָן	תִּנְטַר	תִּנְדְּרִין	יִנְטְרוּן	Poal.
יִתְנַסְבַן	תִּתְנַסְבַן	תִּתְנְטַר	אִתְנַטְלִין	יִתְנַסְבוּן	niph.
יְנַשְּׁקָן	תְּנַשְּׁקָן	תְּנַבֵּל	תְּנַסְּבִין	יְנַסְּבוּן	Piel.
יִתְנַפְּסָן	תִּתְנַגְּפָן	תִּתְנַבֵּל	תִּתְנַסְּבִין	יִתְנַסְּבוּן	Pual.

CONIVGATIO TERTIA VERBOrum ſecundi ordinis, uidelicet Hiphil.

COniugatio Hiphil in defectiuis Nun, habet à fronte uerborum augmentum conſuetum aleph, deficitq́ ut in plurimum nun pepoal, licet etiam aliquando remaneat: ut à נְסַק aſcendit, dicitur in Hiphil, אַסִּיק יַת אֲרוֹנָא Adduxit arcam: 2. Regum 6. Et à נְהַר luxit, fit אַנְהַר illuſtrauit. Inuenitur etiam aliquando litera He pro aleph more Hebræorum: ut ab נְעַל ingreſſus eſt, uenit הַנְעֵל introduxit: Eſter 5. Sic הַנְפֵּק eduxit: Ezræ 5. In Hophal quoq́ aliquando deficit nun pepoal: ut אִיתְּחַת demiſſus eſt: Gen. 39. & aliquando non deficit: ut הֻנְחַת depoſitus eſt: Danielis quinto cap.

Sequitur exemplar coniugationis præteriti.

2. Perſona plur.maſ.	3. Perſona Plur.com.	1. Perſona ſing.com.	2. Perſona ſing.maſ.	3. Perſona ſing.maſ.	
אחיתתון	אחיתו	אחיתית	אחיתתא	אחת	Act.
אסיקתון	אפסו	אפסית	אסיקתא	אפס	Act.
אנהרתון	אנציבו	אנזיקית	אנהרתא	אנציב	Act.
אתפסקתון	אתחתו	אתפסקית	אתפסקתא	איתחת	Paſſ.

2. Perſona plur.fœm.	2. Perſona ſing.fœm.	3. Perſona ſing.fœm	1. Perſona plur.com.	
אחיתתין	אחיתת	אחיתת	אחיתנא	Act.
אפילתין	אסיקת	אפסת	אפסקנא	Act.
אנזיקתין	אנהרת	אנציבת	אנזיקנא	Act.
אתפסקתין	אתפסקת	איתחתת	אתפסקנא	Paſſ.

Inuenitur etiam pſalmo 78. אוחית demiſit à uerbo נחת descendit, niſi dicere uelis נחת & יחת idem ſignificare, ſicut in ſimili caſu גרע & ירע eiuſdem inueniuntur ſignificati.

FORMA PARTICIPII PRAESENTIS.

Pluralis fœminina.	Snigularis fœminina.	Pluralis maſculina.	Singularis maſculina.	
מחתן	מחתא	מחתין	מחית	Act.
מסקן	מסקא	מסקין	מסיק	Act.
מתפסקן	מיתפסקא	מתחתין	מיתחת	Paſſ.

Inuenitur etiam Pſalmo trigeſimo octauo איתחתן infixæ ſiue demerſæ, niſi malueris eſſe tertiam perſonam pluralem fœminini generis.

De participio

DE PARTICIPIO PRAETERITO.

IN paul nullũ inueni huius ordinis & cõiugationis exemplũ,niſi illđ' Ier.4. מְנַצְּבָא plantata,tibi uideatur à uerbo Hiphil אַנְצִיב plantauit,deriuari. Sic ab אַפִּיק poſſet formari מַפִּיק eductus, quod tamen etiã pro benoni accipitur.

DE IMPERATIVO.

IMperatiuus in maſculino genere non diſcordat à præterito perfecto,ut patet in hac formula.

Plurale fœmininũ.	Singulare fœmininũ.	Plurale maſcul.	Singulare maſculinũ.	
אחיתנא	אחיתי	אחיתו	אחית	Act.
אפילנא	אפילי	אסיקו	אפיק	Act.
אתפלנא	אתפלי	אתפסקו	אתפיק	Paſſ.

EXEMPLAR INFINITIVI.

באחתא	לאפקא	אסקא	Act.
באנציבא	לאנזקא	אנחרא	Act.
באיתפלא	לאתפסקא	אתפסקא	Paſſ.

DE FVTVRO.

FVturi prima perſona ſingularis non differt à tertia præteriti perfecti,ut

2. Perſona plur. maſ.	1. Perſona plur.com.	3. Perſona ſing. maſc.	2. Perſona ſing.maſc.	1. Perſona ſing. com.	
תחתון	נחית	יחית	תחית	אחית	Act.
תסקון	נפיק	יפיל	תסיק	אפיק	Act.
תתפלון	נתפק	יתסיק	תתסק	אתפק	Paſſ.

3. Persona plur.fœm.	2. Persona plur.fœm.	3. Persona ſing.fœm.	2. Persona ſing.fœm.	3. Persona plur.maſc.	
יחתן	תחתן	תחית	תחתין	יחתון	Act.
יפילן	תפיקן	תפיל	תסיקין	יסקון	Act.
